

ИЗДАТЕЛЬСТВО  
СТ. ВАСИЛЬЕВА



RECURS.  
—  
JONIDE B.  
DEMORALI LEPO  
(GOTH. B. D.)


MANUALE  
CONFESSORUM  
(GOTH. B. D.)

DIONYSIUS  
DE LEEVIS  
QUATUOR  
NOVISSIMAE  
1489


STELLA  
CLERICORUM  
(GOTH. B. D.)


























*Quatuor novissima cum multis exemplis pulcherrimis*

**Quatuor novissima cū mul-  
tis exemplis pulcherrimis**

3



(3)

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

BIBLIOTHEQUE  
SAINTE  
GENEVIEVE

19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, including the word "Liber" and some illegible characters.



Main body of handwritten text in a cursive script, organized into several columns. The text is faint and difficult to read.

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16



**M**emorare nouissima tua et in eternum  
 non peccabis **Eccl̄as. vii.** Sicut dicit be-  
 atus augustinus in libro suarum meditati-  
 onum. Solus vitanda est sola peccati fe-  
 ditas. quod quilibet tormentorum immunitas.  
**C**um ergo nouissimorum noticia et illorum  
 frequens memoria a peccatis nos reuo-

cat. Virtutibus nos copulat et in omni bono opere nos reti-  
 net et confirmat. Ideo diuina inspirate gratia de his nouis-  
 simis. videlicet que et quot illa sunt modicum proposui dice-  
 re et narrare. Necnon quodlibet ipsorum dictis et auctori-  
 tatibus et exemplis singulariter et per se. ac specialiter et pre-  
 cise quodammodo declarare. Est ergo notandum quod quat-  
 tuor sunt nouissima cõiter apud sanctos in numero copu-  
 tata. Sicut patet euidenter ex verbis beati Bernardi in  
 quodam sermone sic dicentis. In omnibus operibus tuis me-  
 morare nouissima tua. Que quidem quattuor sunt mors  
 iudicium. iehenna et gloria. Quid horribilius morte. quid  
 terribilius iudicio. quid intolerabilius iehenna. et quid iou-  
 cundius celesti gloria. Hec bernardus ubi supra. Hæc sunt quatuor  
 rote currus anime vehentes eam ad eternam salutem.  
**H**æc sunt quattuor incitamenta incitamenta spirituum hominis.  
 ut spreto omnibus mundanis ad suum redeat creatorem.  
 Est ergo conueniens et utile quod habeantur in continua  
 recordatione. Et ergo dicit sapiens. **Eccl̄. xxvij.** Memoro no-  
 uissimorum. Unde quidam volens hæc nouissima frequen-  
 ter habere pre oculis et iugiter in memoria versificando  
 sic loquitur. **H**is duo sunt que corde tuus sub pectore  
 misit. Nox mea iudicium baratru nox lux paradisi. **H**æc  
 cum totalis huius opusculi processus principaliter ad hæc  
 conatur inducere. ut nouissimorum celebris memoria cor-  
 dialiter et intime humanis cordibus imprimatur. **C**ontin-  
 nue ergo videbitur rei consonus. ut prædicti huic libellulo  
 nomen cordiale loco sui tituli si placet imponatur

a ij

## De morte corporali

**D**iminuū igitur nouissimorum cuius memoria ē  
a peccatis retractiuū est mors presens siue cor  
poralis. Unde Bern. in speculo monachorum  
Summa philosophia est meditatio mortis assidua. hāc  
quocunq; homo perrexit secum portet. et in eternum  
non peccabit. Item Augustinus in libro exhortationū  
Nihil sic renocat a peccatis. sicut frequens meditatio  
mortis. Nec est enim illa que facit hominem se humiliare  
re. omnia contēnere et peuitētiā aggredi siue acceptare

### Quod meditatio mortis facit homi nem se humiliare

**D**ico ergo q; mortis recordatio facit hominem se  
humiliare. Unde augustinus in libro de ver  
bis domini. Agnoscat homo se mortalem et frā  
gat elationem. Cetera nostra et bona et mala incerta  
sunt. Sola mors est certa. Unde quāuis aduentus ei⁹  
hora nobis est occulta et incerta. Ipsa tamen est certissi  
ma. et veniens venit cito et non tardabit. Unde ecclās  
tici xij. Memor esto quoniam mors non tardat. Scribitur  
enim in thobia. Mors pperat fuga nulla patet. mor  
tale tributum. Soluere nature lege tenetur homo. Ad  
idem dicit bernardus in sermone. Misce homo quare te  
omni hora non disponis ad mortem. Cogita te iā mor  
tuum quem scis de necessitate moriturum. Distingue q̄  
liter oculi tui vertentur in capite. vena tue rumpentur  
cor scindetur in dolore. Quis ergo iam non timebit et se  
humiliabit cum certissime scit se moriturum et in terrā  
reuerfurum. Nulla enim erit personarū acceptio. sicut  
nec fuit vt scribitur ij. Regum xij. Omnes morimur et  
quasi aque dilabimur in terram que non reuertuntur.  
Unde in Richardo Jure vocata fuit mors. quia mor  
sus amarus omnib⁹ est. a quo nemo cauere potest. Die

dicitur in libello de contemptu mundi. **Mors** resecat  
mors omne necat quod carne creatur **Magnificos** pre-  
mit et modicos. cunctis dominatur. **Mobilium** tenet i-  
perium nullūq; veretur. **Tam** ducibus q; principibus  
communis habetur **Mors** iuuenes rapit at; senes. nul-  
lū miseretur **Illa** fremit. genus omne tremit quod in or-  
be mouetur **Illa** ferit. caro tota perit. de sub pede mor-  
tis **Conteritur** nec eripitur. vir roboze fortis nil redi-  
mit. dum mors perimit. quia federa nunq; **Nec** precū  
nec seruiciū mors recipit vnq;. **S; quid** plura loquar  
nul; i mors impia parcat **Nec** euadet inops nec que maz  
subia farcit **Certe** audeo nunc q; mors est vltima linea  
rerū **Unde** scribitur i gbeta **Omnia** mors tollit. **Doc-**  
tum cecidisse cathonem. **Atq;** ipsum socratem procuba-  
isse ferunt **Ecce** qualiter sciētia aut doctrina nullum p-  
seruat a mortē iaculis z ruina **Nam** vt scribitur ecclē-  
siastici scdo **Moritur** doctus similiter z indoctus **Un-**  
de ysaie tricesimotercio dicitur **Ubi** est legis verba pō-  
derans. **Ubi** est doctor paruulorum **Quasi** diceret. nō  
sunt neq; viuūt. sed eodem cursu cum alijs transierunt  
**Sed** cum gbeta solos duos dictos ante nominat fore  
morte peremptos **Dic** mihi tu. vbi alexander potentis-  
simus. vbi iudas machabeus. z sampson vir fortis viri-  
bus. vbi cresus ditissimus. vbi absolon pulcherrimus. v-  
bi galienus medicus. z **Aluicenna** eius socius. **Ubi** sal-  
omon prudentissimus. vbi tullius. vbi aristoteles peri-  
tissimus. vbi plato. vbi porphirius. vbi doctissimus poe-  
tarum virgilius **Nonne** omnes tanq; peregrini z hos-  
pites vnus diei velocissime transierunt. **Uere** sic **Nā**  
vnus ex eis non remansit. quia in vanitate defecerunt  
dies eorum. z anni eorum cum festinatione **Nam** vt di-  
citur in psalmo **In** ymagine pertransit homo. **Hunc** e-  
nim fortis z sanus. compos per omnia. cras vero debi-  
lis aut languidus. fessusq; in terra cum dubia z fragilis

nobis vita tributa. Quod etiam ibi dare patet scdm  
pbm. qui adriano imperatori de cētia ⁊ statu hominis  
interroganti sic respondit **H**omo est mancipium mor-  
tis. hospes loci ⁊ viator trāsiens similis aceruo rose mi-  
nus mature atz poma nouo **E**x his faciliter comptoba-  
tur q̄ fragilis ⁊ labilis ⁊ q̄ indurabilis est humana vi-  
ta. non solum modo pauperis. verum etiam cuiuslibet  
quantūcunqz diuitis aut potentis. **N**ā commune mo-  
ri. mors nulli p̄cit honori. **M**ors fera mors nequā mors  
nulli parcit et equam **M**ors seruat legem tollit cū pau-  
pere regem. **N**am regis ⁊ pauperis lex est moriendi cō-  
munis **D**at causam flendi si bene scripta legis **U**n̄ iob  
xx. sic scribitur de diuite ⁊ elato. **S**i ascenderit vīqz ad  
celum superbia eius. ⁊ caput eius nubes tēgerit. quasi  
sterquilinum in sine perdetur. ⁊ qui eum viderint di-  
cent **U**bi est. velut somnium euolans non inuenietur  
transijt sicut visio nocturna **I**tez **B**aruch iij. **U**bi sūt  
principes gentium ⁊ qui dominantur super bestias que  
sunt super terram qui in aubus celi ludūt: qui argentū  
thezaurisunt. ⁊ aurum in quo confidunt homines: ⁊ nō  
est finis acquisitionis eorum. qui argentum fabricant.  
⁊ solliciti sunt. nec est inuentio operum illorum **E**xter-  
minati enim sunt ⁊ ad inferos descenderūt ⁊ alij in lo-  
cum eorūdem surrexerūt **U**nde prosper in suis sentēti-  
is sic ait. **U**bi sunt insuperabiles ozatores. vbi qui con-  
uenientius festa disponebant. vbi equorum splēdidi nu-  
tritores. vbi exercitū ducēs. vbi satrape et tyranni. nō  
ne omnes puluis ⁊ fauille. nonne in paucis versibus est  
eorum memoria vite. **R**espice sepulchra ⁊ vide. quis ser-  
uus et quis dominus. quis pauper ⁊ quis diues. **D**iscer-  
ne si potes victum a rege. fortem a debili. ⁊ pulchrum a  
deformi. **I**tem dicit **C**risos. in libro de reparatiōe lapsi.  
**Q**uid profuit illis qui in luxuria corporis ⁊ in presentij



vite voluptatibus vsqz ad vltimū diem permāserunt :  
intuere nūc sepulchra eorum **V**ide si est aliquid iactan-  
tie vestigium. si aliqua diuitiarū vel iactantie signa cog-  
noueris. **R**equire vbi nūc vestes et ornamenta peregri-  
na. **U**bi nūc et spectaculorum voluptas. **U**bi et secutorū  
turbe et opulentiā. risus iocus. imoderata atqz irre-  
frenata leticia. quo abcessit. **U**bi illa nunc et ipsi. finem  
vtrorumqz intuere diligentius. et accede pius ad sin-  
gulorum sepulchra **V**ide cineres solos et feditates ver-  
mium reliquias et recordare hunc corporum esse finem.  
etiam si in delicijs et leticia. etiam si in labore et continē-  
tia transegerint hic vitam. **I**tem **B**ernardus. in suis me-  
ditationibus sic iquit. **D**ic mihi vbi sunt amatores mū-  
di qui ante pauca tempora nobiscum erant. nihil ex eis  
remansit nisi cineres et vermes **A**ttende diligenter qd  
fuerunt **H**omines fuerunt sicut tu. comederunt. bibe-  
runt. riserunt. duxerunt in bono dies suos. et in pñcto  
ad inferna descenderūt **H**ic caro eorum vermib⁹. et illic  
anima eorum ignib⁹ dputatur **D**onec rursus infelici col-  
legio colligati sempiternis inuoluantur incēdijs qui so-  
cij in vicijs et in peccatis fuerunt **Q**uid profuit illis in-  
anis gloria. breuis leticia. mūdi potentia. carnis volup-  
tas. false diuicie. magna familia et mala concupiscentia.  
**U**bi risus. vbi iocus. vbi iactantia. vbi arrogantia. **D**e  
tanta leticia quanta tristitia. post tantam voluptatem  
tam grauis miseria. **D**e illa exaltatiōe ceciderūt in mag-  
nam ruīnam et graua tormentā **Q**uicquid illis accidit  
tibi accidere potest **Q**uia homo es. homo d humo. lim⁹  
de limo. **D**e terra es. de terra viuīs et in terram reuerte-  
ris. **D**e his supradictis amatoribus mūdi tam carnali-  
ter et seculariter vinentibus nec mortem metuentibus  
iam vicinam sic loquitur bernard⁹ ad fratres de monte  
de. **M**iserabiles miseri. quos ipse miserie huius vite et

vie seducunt. tum in bonis dies suos ducunt. et in puncto ad inferna descendunt. Nam ut dicitur in psalmo: Veniet mors super illos et descendat ad infernum viuentes. Certe nunc quilibet eorum posset dicere. Circūdede runt me dolores mortis. et pericula inferni inuenerunt me. Hi sunt miserabiles miseri quos vita presens hic seducit. De quibus dicit Job. xxi. Impij viuunt subleuati confortatiq; diuicijs. semen eorum permanet corā eis. propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum. Domus eorum secure sunt et parate. et non est virga dei super illos. Bos eorum concepit et non abortiuit. vacca peperit et non est priuata fetu suo. exultant lusibus. tenent tympanum et citharam et in puncto ad inferna descendunt. Quis male fecundatur quis stulte ludificatur. Qui propter florem mundi vanūq; decorem. Qui prius apparet quasi flos et protinus aret. Gladit ad infernum. perdit dyadema supernum. Vallet preterite quod in omni tempore vite. Pauper vixisset nec diuitias habuisset. nec in metiro: nam. quid tunc thesauri. quid aceruus proderit auri. Cum peccatores mittuntur ad inferiores. Inferni latebras ignem pariterq; tenebras. Semper passuri nec ab his vnq; redituri. Charissime quid dicis de diuitibus huius seculi. uonne moriuntur sicut ceteri. verissime in nullo videntur privilegiati. Nam sicut dicitur sapientie septimo. Unus est introitus omnibus ad vitam et similis exitus. Item iob vicesimo primo. Iste moritur robustus et sanus diues et felix. viscera eius plena sunt adipē. et medullis ossa irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine anime sue absq; vllis opibus. et tamen simul in puluere dormient et omnes opiet eos. Ecce quare diuites mundi et potētes mortē cōem sortiuntur cū paupibus. Quia ecclesiasticus. x. oīs potētat' breuis vita. rex ē hodie et cras morietur. De tali rege sine dubio sic legitur i. mach. ij. glā eius stercus et vermis. hodie extollitur et cras non inuenietur.

Exemplum enim accipe de excellentissimo infideli principi  
videlicet alexandro magno qui vniuersum mundum  
sibi subiugauit. sic quod totum seculum solus dominus putabatur.  
Unde legitur de ipso Magnus alexander quo primum gre-  
cia rege floruit e terris multa trophæa tulit. Hic mundi  
peragrans fines sibi subiugat orbem. Tota terra minorum  
viribus eius erat. Item in alio loco sic de eo scribitur Om-  
nia rex regum sibi subdita regna videbat. Fecit cum fame  
sonus et fortuna monarcham. Totus alexandro famu-  
letur subditus orbis. Magnus et in magno dominetur  
maximus orbe. Sed post mundi triumphum. post vni-  
uersalem et vnicum totius mundi adeptum imperium quod mag-  
ni sequebatur. Nunquid regni stabilitas aut potentie per-  
petuitas. nunquid corporis incolumitas. aut profectus vite lon-  
geuitas. Certe nequaquam. sed illud commune omnibus. Ultimum  
ad mortem post omnia fata recursus. Tunc bene potuit  
dicere Alexander in hora mortis sue illud iob. Ecce e-  
go quondam opulentus repente contritus sum. Nam  
solummodo per duodecim annos et non amplius impera-  
uit. Sic enim scribit de ipso petrus in aurore. Bis senis  
dominans annis morti vir obedit. Cuius viuere adhuc  
nescia fama mori. Similiter de morte conquerendo po-  
tuit dicere illud Job xix. Spoliavit me gloria mea et ab-  
stulit coronam de capite meo. destruxit me undique et pe-  
re. Ecce charissime iam manifeste patet licet omnia ce-  
sar habet. tamen gloria cesaris esse desinit. ei tumultus vix erit  
oculo pedum. Ex quo apparet euidenter quod regia maies-  
tas omnis terrena potestas. Prosperitas rerum series  
longinqua dierum. Preterit absque mora mortis cum ve-  
nerit hora. Unde dicit alius poeta. Es sapiens marcescit  
sapientia morte redundans. Diuitie lapsu mobiliore flu-  
unt. Es probus. expirat probitas. es honestus honestas  
labitur es fortis fortia morte cadunt. Sane iam video  
quod singula de nobis anni furantur cunctes. Et ergo. Si fu-

eris diues. pulcher fortisue. quid inde **S**i dominus mū  
di. si rex. si papa **Q**uid inde? **T**am cito pretereūt hec o  
nia q̄ nihil inde **S**ola manent merita quia glorificabū  
mur inde **U**nde ysidorus in quadā omelia sic dicit. **D**i  
lectissimi pensare debemus q̄ breuis est mūdi felicitas  
q̄ modica est huius seculi gloria. q̄ caduca et fragilis ē  
temporalis potentia. **D**icat qui poterit vbi sunt reges.  
vbi principes. vbi imperatores **U**bi rerum locupletes.  
**U**bi potentes seculi. vbi diuites huius mundi. **Q**uasi  
vmbra transierunt ⁊ velut somnium euauerūt. **Q**ue  
runtur ⁊ non sunt. **Q**uid dicemus ad hec? **R**eges obie  
runt. ⁊ principes mortui sunt. **M**ulti tamen putant se  
diu viuere. et quasi nunq̄ morte cadere de presenti vita  
**C**erte non sic impij non sic. **N**os autem sicut homines  
moriemini. et sicut vuis de principibus cadetis. **N**am  
vt dicit seneca ad lucillum **H**uius eminentis vite cade  
re est exitus. **U**nde scribitur in ghera **O**mnia mors de  
let. omnia morte cadunt. **U**niuersas enim felicitates  
hominū mors terminat ⁊ concludit. **N**am cum predi  
caueris fidem abrahe. pietatem **J**oseph. charitatē moy  
si. fortitudinem sampsonis. zelum phinees. dauid man  
suetudinem. **H**elezei miracula. **S**alomonis diuitias et  
prudentiam. absalonis pulchritudinem ⁊ formam. sem  
per extrema omniū luctus occupat. finemq̄ historie fi  
nis hominis imponit. vnaq̄ conclusio singulorū. vide  
licet. ⁊ mortuus est. **E**cce iam patet manifestissime per  
predicta q̄ forma. genus. mores. sapientia. res ⁊ honores  
non retinent hominem qui ruit in cinerem. **N**am om  
ne quod est genitum tendit ad interitū. **H**inc est q̄ **Q**  
uidius dicit. **P**ortus cuncta suos repetunt matremq̄ re  
quirunt. **E**t redit in nihilum quod fuit ante nihil. **O**m  
nia ad nihilum deuenerunt tanq̄ aqua decurrens. **S**i  
militer ⁊ ego miserrimus quasi ad nihilum redact⁹ sum

et nesciui. Nam dies mei sicut umbra declinauerunt. et  
ego sicut fenum arui. Puluis enim sum. Homo sicut  
fenum. dies eius sicut flos. sic efflorescit. Quoniam spi-  
ritus pertransibit in illo et non subsistet. et non cog-  
nosceret amplius locum suum. Ecce iam considera quod ho-  
mo est res fragilis durans tempore paruo. Efficitur si-  
milis flori que crescit in aruo. Unde ysaie quadragesimo.  
Omnia caro fenum et omnis gloria eius quasi flos agri  
Vere fenum est populus. exsiccatum est fenum et cecidit flos  
Et ergo cur superbit homo qui est sicut fenum rectorum  
quod priusquam euellatur exaruit. Unde scribitur in tho-  
bia Est homo vas luteum. vas lamentabile. fenum ari-  
dulum. fragilis glebula. saccus oleus. Carnis vita. labor  
carnis. Conceptio tabes menstrua. putredo finis. ori-  
go luctus Sperma prius. motus saccus oleus. Post ver-  
mibus esca in tumulo. Pro qua dote superbit homo?  
Item Bernardus in libro meditationum. Unde super-  
bit homo. cuius conceptio culpa. Nasci pena. labor vita.  
necesse mori. Post hominem vermis. post vermem fetor  
et horror. Sic in non hominem vertitur omnis homo  
Attende ergo principium vite tue. et medium et finem  
sue terminum. et inuenies magnam occasionem te hu-  
miliandi. Quid cogitas. quid dicis. et quid temetipsum  
facis. Nonne puluis es et terra. Scriptum est enim ec-  
clesias. duodecimo. Reuertatur puluis in terram suam unde  
erat. In terram vilissimam in terram putridam ver-  
mibus repletam. Job xvij. Putredini dixi pater meus  
es tu mater mea et soror mea vermibus. Item ecclesias. xvij  
Omnia homo terra et cinis. Et genesis iij. Reverteris  
in terram de qua sumptus es. quia puluis es et in pulue-  
rem reverteris. Et idem sicut ammonet alanus. Esto me-  
mor quod puluis eris et vermibus esca. In gelida putreus quam-  
do iacebis humo. Non eris in mundo que velit ultra videre.

**C**um tua rancidior sit caro rupta cane. **U**n̄ bern̄. quid  
feridius humano cadauere. q̄d horribili<sup>9</sup> mortuo hominē  
cui<sup>9</sup> erat in vita gratissim<sup>9</sup> amplex<sup>9</sup> fit in morte horribil  
us aspectus. **Q**uid ergo prosunt diuicie. q̄d delicie. quid  
honores. **D**iuicie non liberant a morte. nec delicie a ver  
mibus. nec honores a fetore. **D**eus eterne q̄z misera sor  
te clauditur omnis hō. **C**erte tu carissime si predcā dili  
genter attēderes. maximā humiliatiōis cām p̄culdubio  
inuenires. **I**tem q̄ mortis meōria hominē humiliat pa  
tet iij. regū xxi. de achab. qui audita cōminatione mortis  
sibi facta ab helia interim humiliatus est sic q̄ dñs dix  
it ad heliam. nonne vides achab humiliatum coram me.  
**L**egitur q̄ in romana curia quōdā fieri solebat. **Z**ad hoc  
fit suo tempe. q̄ creato papa apportabatur corā eo stup  
pa. qua incensa dicebatur sibi sub hac forma. **S**ic trāsit  
gloria mundi. hoc est. sicut ignis stuppam velociter. **Z**ci  
to redigit in fauillam. sic omnis mūdi glā cito labitur. **Z**  
preterit quasi vmbra. **M**arrat etiam ysidor<sup>9</sup> consuetudi  
nem antiquitus fuisse. q̄ prima die coronationis impa  
toris **C**onstantinopolitani. cū esset in glā sua. lathom<sup>9</sup>  
quidam apportauit ei tria vel quattuor genera lapidur.  
dicens ei q̄ eligeret de quo vellet sibi fieri monumentū.  
**I**tem legitur de beato iohāne elemosinario patriarcha  
alexandrino q̄ dum sepulchrum eius fieret. nunq̄z volu  
it perfici. ordinans q̄ in magnis festiuitatib<sup>9</sup> cum honore  
suo aliq̄s veniret ad eum ita dicens. **D**ñe sepulch<sup>9</sup> tuū  
imperfectū est inbe illō perfici. quia nescis qua hora fur  
est aduentur<sup>9</sup>. **E**t quare fiebāt ista de papa impatore et  
patriarcha. q̄ oēs erāt status excellentissimi hui<sup>9</sup> mūdi.  
nisi vt semetipsos recognoscerēt hoīes mortales. **E**t spe  
longioris vite aut magnanimitate potētie seu terrene  
glorie superbiēdo se non extollerent. **S**ed mortis meō  
riam p̄ oculis habendo se in oīb<sup>9</sup> humiliaret. **U**n̄ p̄ p

phetam dicit in psalmo **S**ciant gētes quoniā hoiēs sunt  
hoiēs in quā id est de humo seu de limo percreati. et ideo ne  
cessario moriuntur. Unde ecclās. xli. Omnia que de terra  
sunt in terrā cōuertentur. de quoz numero oīs hō dpu  
tatur. **U**n̄ ppheta iheremias dicit. Terra. terra. terra  
audi sermones meos **T**errā vocat hoiēm ter. Est enīz  
terra. qz de terra creatur. in terra conuersatur. et in ter  
ram redit et mutatur. **T**erra est creatione. conuersatio  
et morte. **T**erra est natura. vita et sepultura. **T**erram  
sapit. terram lingit. terram sirit et concupiscit. **C**ōgluti  
nat<sup>9</sup> est in terra venter eius. descēdit ad inferiora terre.  
**C**elestium oblitus p terra litigat. pro terra pugnat. p  
terra mare nauigat. pro terra terram circuit et pābulat  
et sepius pro terranūc huc nūc illuc homo miserabilis ā  
rius laborat. nec a talib<sup>9</sup> cessat. donec qui de terra sump  
tus est reuertitur in materiam primā videlicet terrā. dicens  
illud iij. regū. ij. **E**cce ingredior viam vniuerse terre **E**t  
ideo cum fex cum limus cum res vilissima sim<sup>9</sup>. Unde  
superbimus. qui ad terram terra redim<sup>9</sup>

**Q**uod meditatio mortis facit hominem  
omnia contemnere

**A**dit etiam secūdo mortis meōria hoiēm omnia  
contēnere et tanqz nihilum se reputare **U**nde  
**I**heronim<sup>9</sup> in plogo suo sic inquit **F**acile con  
temnit omnia. qui se semper cogitat moriturū **N**am q  
cupiscentia oculorum contēnitur. quando aliquis cogi  
tat se breuiter oīa relicturū **C**oncupiscentia carnis cō  
temnitur. dnmmodo quis considerat q corp<sup>9</sup> suū ppiū  
quasi in instanti erit cibus vermiūz **S**uperbia vite des  
picitur. dum quis hoc corde ponderat. q ille qui vult es  
se super alios. ponetur in terra subtrus pedes omnium  
que est infimū elementorū **E**t ideo dicit idem **I**heroni  
mus in eplā ad ciprianū **M**emento mortis tue et n̄ pec  
cabis. **Q**ui cotidie recordatur se moriturū. contemnit

**h i**

presentia festinans ad futura. Esau autem cōsiderans  
sibi mortem imminere faciliter cōtempnit terrena. Un  
de dicitur genesis xxxv. **E**n morior. quid mihi pderunt  
primogenita. Item ysidorus aduertens presentis vite  
breuitatem. et q̄ ea que videtur hic possideri quasi instā  
tissime videlicet in morte relinquenda sunt. ad illorum  
exhortans cōtemptū sic inquit ait **S**i vis esse quiet⁹  
nihil seculi appetas. **S**emper requiem mētis habebis si  
curas seculi a te proieceris. abijce a te quicquid bonum  
propositum poterit impedire. **E**sto mortuus mundo et  
mundus tibi. **M**undi gloriam quasi mortuus non aspi  
cias. ab affectu huius vite quasi mortuus te iam separa  
**S**icut sepultus nō habeas curā de scō. **L**anq̄ defunc  
tus ab omni te purga negotio. uiuens contemne quod  
post mortem non poteris habere. **U**nde ait seneca **N**i  
hil eque tibi proficiet ad temperātiā oīm rerum tēpa  
lium et contemptus sicut breuis eui et huius temporis  
incerti meditatio. **I**gitur dilecte mi dum uiuis memori  
mente memento mori. **U**nde legitur in libello de dono  
timoris q̄ quidam magnelitterature in philosophia ta  
tus mundi vanitatibus audiens semel legi in matutis  
de longa vita patrum antiquorum. et q̄ semper diceba  
tur in fine ad quemlibet eorum. et mortuus est. **G**enes  
quinto **C**ogitauit q̄ sibi etiam taliter eueniret quantū  
cunq̄ temporis uiueret super terram. et ex hoc concipi  
ens mūdi contemptū intrauit ordinem predicatorum.  
in quo factus est peritus magister in theologia et vir ex  
imie sanctitatis. **Q**̄ bene habuit hic pre oculis uerba  
ecclesias. xi. sic dicentis **S**i annis multis vixerit homo.  
et in omibus his letat⁹ fuerit. meminisse debet tenebro  
si temporis et dierum multorum. que cum venerint va  
nitatis arguentur preterita. **V**ere in die mortis patet  
vanitas et vanitatum vanitas. et q̄ omnia fuerunt va  
na. **U**nde scribitur ecclesias. iij. **C**uncta subiacent vani



rati. et sic est reuera. vana sunt omnia vniuersa ⁊ singu  
la. Vanitas est vita nostra et quelibet mundi creatura  
Nam vt dicitur in psalmo. Vniuersa vanitas omnis  
homo viuens. Tu autem estimas diu viuere. ⁊ hęc tem  
poralia annis plurimis in delicijs possidere. Charissimi  
non sic. Homo vanitati similis factus est dies eius sicut  
vmbra pretereunt. Ecce iam vides qd dies tui erunt pau  
ci ⁊ episcopatum tuum accipiet alter. Et ideo. Tempora  
longa tibi noli promittere vite. Quocunq; ingrederis  
sequitur morscorpis vmbra. Ideo si bene inspexeris te ⁊ ver  
ba tibi dicta. ac etiam postmodum dicenda cordis auri  
bus diligenter perceperis. potius deberes dicere. vado  
mori credens per longum viuere tempus. Forte dies hęc  
est vltima vado mori. Tibi enim dicitur. Luce duodeci  
mo. Stulte hac nocte demones repetent animam tuam  
a te. Que autem parasti. cuius erunt. Ergo vade mori  
vade certus quia velocis est depositio tabernaculi tui. vt  
scribitur secunda Petri primo. Et cogita iam te mortu  
um quem scis d. necessitate etiam post quantos libet an  
nos proculdubio moriturum. Ac contemne transitoria  
que statim et absq; mora (quāuis inuite) erunt relinque  
nda. Unde poeta refert. Prædia terrarum. possessio di  
uiciarum. fabrica murorum. Grandis structura domo  
rum. gloria mensarum. cum delicijs epularum. Insignes  
q; thori. mappe cithiq; decori. Resplendens vestis que  
moribus obstat honestis. Grex armentorum spaciosus.  
cultus agrorum. Fertile vinetum diuersa vite repletum  
Gaudia natozum. dilectio dulcis eorum. Cuncta relin  
quentur. nec post hęc inuenientur. Ex his iam vide ⁊ con  
sidera qd nihil stabile seu permanens est in presenti vita.  
Unde dicitur ecclesiastici. secundo. Magnificauit opera mea.  
edificaui mihi domos. Plantaui vineas. feci ortos et  
pomaria. conserui ea cuncti generis arboribus. ⁊ extruxi

mibi piscinas aquarum vt irrigarem siluas lignoꝝ ger  
minantiũ. possedi seruos ⁊ ancillos. multaq; familiam  
habui **A**rmenta quoq; et multos ouiu greges ultra o  
nes qui ante me fuerũt in iherusalem coaceruauĩ mibi  
argentum et aurũ ⁊ substãtias regum. ac prouinciaruz  
feci mibi cantatores et cãtatrices. ac delicias filioꝝ ho  
minũ **C**iphos et vices ad vina in ministerio fũdenda  
⁊ supergressus sum opibꝝ omnes qui fuerũt ante me in  
iherusalem **S**apientia quoq; perseverauit mecum. ⁊ o  
nia que desiderauerũt oculi mei non negaui eis. nec p  
hibui cor meũ quin frueretur voluptate ⁊ oblectaret se  
in his que paraueram. **C**unq; uertissem me ad uniuersa  
opera que fecerant manꝝ mee. ⁊ ad labores in quibus  
frustra sudaueram vidi in omnibꝝ operibꝝ vanitatem ⁊  
afflictionem animi. et nihil pmanere sub sole. **V**ere ni  
hil permanet. omnia enim trãseũt ⁊ labũtur quasi um  
bra **U**nde iohannes de garlandia **Q**uod fuit est ⁊ erit  
perit articulo breuis hore. **E**rgo quid prodest esse fuisse  
fore? **E**sse fuisse fore tria sunt florida sine flore **N**am si  
mul omne perit qđ fuit est et erit **Q**uid enim trãsit ⁊ p  
cupiscentia eius. **E**t ideo **Q**đ breuiter durat quis pru  
dens querere curat **U**nde bernard. in libro meditatio  
num sic ait **Q**uid thesaurizat quis in terra. cum sine di  
latione transeat ⁊ illud quod colligit. ⁊ ille qui colligit.  
**T**u ergo homo quem fructum expectas in mundo. cui  
fructꝝ est ruina et finis mors **U**tinã hęc intelligeres ⁊  
nouissima prouideres **I**tem petrꝝ blesensis in quadam  
epistola sic dicit **G**loria mundi fallax ⁊ seductoria suos  
decipit amatores **Q**uicquid enim vel futuz promittit  
vel in presenti prouidet. totum ad nihilum deuenit. tan  
qđ aqua decurrens **E**rgo inspice qđ fragilis. qđ fallax. qđ  
inanis sit mũdus ⁊ illius gloria quam cupimus **E**t igi  
tur o stultissime **C**ur cito non spernis que pretereũtis  
cernis. nonne vides mũdum miserum nimis ⁊ furibun

**Dum** Sub gladio dire' mortis languēdo perire

**Qd** mors facit hoiēm pñiam acceptare

**I**uxta ordinē premissorū nūc restat diligenter inuestigare qualiter mortis meōria facit hoiēm pñiam agredi siue acceptare. **I**stud clare patet iōne iij. de niniuitis qui ad cōminationem mortis pñiam peregerūt. **I**tez luce iij. **F**acite dignos fruct' penitētie. **E**t subdit. **S**ecuris ad radicem arboris posita est qd est pñiatio mortis. **C**ū occideret eos querebant eū ⁊ reuertebātur. s. ad penitentiā. **A**mbro' super lucā. **V**le mihi si pccā mea non defleuero. **V**e mihi si media nocte non surrexero ad confitendū tibi dñe. **V**e mihi si dolum pximo meo fecero. **V**e mihi si veritatem non dixerō. **A**d radicem arboris securis posita est. **f**aciat qui pōt fruct' grē. qui debz pñie. **A**dest domin' ⁊ qui requirit fructum vite. **J**ob etiā considerans breuitatem presentis vite. potius elegit hic qz postmodum inutiliter sine fructu penitere. **U**nde dicit iob decimo. **P**aucitas dierum meorum finietur breui. **D**imittite me ergo vt plangam paululum dolorem meuz anteqz vadam ⁊ non reuertar ad terram tenebrosam ⁊ opertam mortis caligine. **V**lere tempus presens ē breuissimū. **N**am vt dicitur iob xiiij. **B**reues dies hominis sunt. **I**tem prima ad **C**horinthios viij. **T**empus breue est ⁊ ideo estz melius minimo breuiter ⁊ leuiter sustinere modicum. qz postea dolere ⁊ inutiliter penitere per īfinita secula seculorum. **U**nde dicit augustin' in libro d' decem cordis. **M**elior est modica amaritudo in faucibus qz tormentum eternum in visceribus. **D**e breuitate presentis vite idem dicit in sermone. **V**ita hominis tota breuis est ab infantia vsqz ad decrepitam senectutem. **A**dā enim si adhuc viueret ⁊ hodie moreretur. quid ei longitudo vite profuisset. certe modicum vel nihil. immo posset dicere. **G**am mihi preterite fluxerunt tempora vite. **U**nde **Q**uid prodest homini si uiuat secula centū. **C**ū

b

3

morsitur vitam transisse putat quasi ventum. Et ergo  
dicit Augustin<sup>9</sup> super psalterium. Si toto tempore il-  
lo viueres ex quo adam emissus est de paradiso vsqz ad  
hodiernum diem: certe videres vitam tuam non fuisse  
diuturnam. que sic auolasset. **V**ita autem vniuscuiusqz  
hominis quanta est adde tantos libet annos. duc longis-  
simam senectutem. **Q**uid erit. nonne quasi auroza ma-  
rutina. **I**tem dicit idem in quadam omelia Fragiliores  
sumus. qz si vitrei essemus. **U**trum z si fragile est. ta-  
men bene seruatum z custoditum diu durat. vita autē  
humana quantumcunqz seruetur: durare non potest.  
**N**am scribitur ad hebreos nono. **S**tatutum est omni-  
bus hominibus semel mori. **U**nde Seneca de remedi-  
is fortuitorum. **V**ita nostra perigrinatio est. cum diu  
ambulaueris deniqz redeundum est. **H**anc mortis neces-  
sitate z huāne vite breuitatē considerabat gentil' ille  
rexes **D**e quo beatus iheronimus scribens in epistola  
ad heliodorum. **S**ic inquit rexes ille potentissim<sup>9</sup> rex  
qui subuertit montes. mariaqz constrauit. cum de subli-  
mi loco cerneret infinitam multitudinem sui exercit<sup>9</sup>:  
dicitur eo fleuisse qz nullus eorum quos' cernebat super-  
uueret post centum annos **I**n humanis valde necessa-  
rium est humanam vitam non esse longenam. **N**am si-  
cut barlaam refert. ipsa cuidam arbori comparatur. ad  
cuius radices sedent duo mures. vnus alb<sup>9</sup>. nigerqz re-  
liquus. id est dies z nox huius arboris vite radices in-  
cessabiliter corrodescentes **I**tem aug<sup>9</sup>. in originali tractas  
illud Jacobi iij. **Q**ue est nostra vita: **V**apor ad modum  
cum parens deinceps terminatur. sic dicit **V**ita hec est  
vita dubia. vita ceca z vita erūnosa. quam humores tu-  
midant. dolores extenuant. ardores desiccant. aera mor-  
bitant. esce inflant. ieiunia macerant. ioci soluant. tristi-  
cie consumunt. sollicitudo coartat. securitas ebetat. diu-  
cie iactat. paupertas deijcit. auuēt<sup>9</sup> extollit. senect<sup>9</sup> icurnat

**F**irmitas fragile. meror depulmit. et post hec omnia mors  
interimit. et vniuersis gaudijs situm imponit. ita ut cum  
esse desierit. nec fuisse putetur. Et hoc est quod dicitur sapi  
entia. **E**xiguus et cum tedio est tempus vite nostre. **E**t nihilo  
uati sumus. et post terminus quasi nihil fuimus. **E**t ibidem  
**U**mbra transiens est tempus nostrum. **I**tem sapientia  
primo. **T**ransiet vita nostra tanquam vestigium nubis. et sicut  
nebula dissoluetur que fugata est a radijs solis. et a calo  
re eius aggrauata. **J**ob xvi. **E**cce breues anni transierunt  
et semitam per quam non reuertar: ambulabo. **E**iusdem  
nono. **D**ies mei velociores fuerunt cursore. pretereunt quam  
si naues poma portantes. et sicut aquila volans ad escam.  
**E**iusdem septimo. **D**ies mei velociores transierunt. quam  
texente tela succiditur et consumpti absque ulla spe. **M**emento  
tuo mei deus quia ventus est vita mea et non reuertatur  
oculus meus ut videat bona. nec aspiciat me ultra visum  
hominis. **U**nde petrus in aurora. **T**ela texentis cito  
etna vita secatur. **N**am nullo transire die vel nocte mo  
ratur. **Q**uod similis vento fuerat tua vita memeto. **Q**ue  
fugit absque mora que sola transit in hora. **E**cce quam breuis  
et modica. quam instabilis et caduca: est hec presens nostra  
vita. **N**am ut scribitur ecclesiastici decimo octauo. **N**u  
merus dierum hominum ut multum centum anni. **S**ed iste  
numerus per successus temporum est modicum minor  
ratus. **U**nde etiam in psalmo dicitur. **D**ies annorum  
nostrorum septuaginta anni. **S**i autem in potentatibus  
octuaginta anni. amplius eorum labor et dolor. **S**ed quod  
est hoc tempus octuaginta annorum vel centum anno  
rum per quod homo vivit. est hoc tempus magnum. est  
hoc longum annorum spacium reputandum. **C**erte non  
sed respectu eternitatis potius est momentum quam tempus noian  
dum. **C**um etiam mille anni sint ante oculos domini sicut di  
es hesternae que preterit. et transit velut umbra. **V**ere ve  
re hec est vita breuis lubrica pena dolor. **I**tem non solum potest

randā est presentis vite breuitas, sed etiam maxima incertitudo. Cum dubia incertis versetur dubia periculis. Nescim⁹ enim diem neq; horam. Sed cum dixerit pax et securitas, tunc repentin⁹ superueniet interitus, et forsitan fur ille est hodie aduenturus. Unde poeta. Quis scit adhuc an nos plures complebim⁹ annos. Nescis an cras te mors sit raptura vel ante. Et ergo dicitur ysaie xxxviij. Dispone domui tue quia morieris tu, et non viues. Et ibidem. Precisa est velut a texente vita mea, dū adhuc ordire succidit me. Nam dum primo incepti viuere, in eodem tempore etiam incepti morti appropinquare. Unde sapientie quinto. Nos statim nati continuo desinim⁹ esse. Hinc est q; seneca in epistola dicit. Cotidie morimur, nam quotidie demitur aliqua pars vite. Et sic quid aliud est vita nostra q; quidam cursus siue transitus. Unde non immerito horologio comparatur: qd gradatim semper transit, et vsq; ad certum pūctum continuo discurret, et tūc subito ac improuise cadit, ac campanellas tangit et eas sonitum facere compellit. Sic i veritate vita nostra semper labitur et fluit vsq; ad certum punctum. Hoc est ad vite terminum a deo patre statutum et prefixum, quem nemo poterit preterire. Tunc enim deficit et cadit et campanellas realiter et ad literas sese pulsari et sonare facit. Igitur cuiusq; et prudenter expecta cursum vite tue. Nam horologium tuum gradus paucissimos habet pertransire. Omni enim hora plures gradus preterit et transcendit, et statim cum ad vltimum peruenerit, in baratrum mortis subito dilabitur et cadit. Audi ergo quid poeta de hoc refert. **V**ita breuis velut umbra leuis fugit annihilatur. Sic vadit subitoq; cadit dum stare putatur. **M**edia namq; vita in morte sumus. Et ergo dicitur de hoc ecclesiastici nono capitulo. Nescit homo finem

suum. sed sicut pisces capiuntur hamo. et sicut aues cō  
prehenduntur laqueo. sic etiam capiuntur hoīes in tēpe  
malo **E**cce iam venit finis. finis venit. nam mors vite  
est ultim<sup>9</sup> finis. **H**ic est finis cūctorum hominū qui am  
monetur in domo luctus. vt habetur ecclāst. vij. **U**nd  
dicitur in libello metrico de vita et gestis ipsi<sup>9</sup> alexādri  
magni **F**elix mortale genus si semper haberet eternū  
pre mente bonum. sinemq; timeret. **Q**ui tam nobilib<sup>9</sup>  
media q̄ plebe creatus. **I**mprouisus adest anime discri  
mine magno **E**cce iam frater carissime **E**lita quid ē ho  
minis nisi res vallata ruinis. ē caro nrā cinis modo p̄n  
cipium modo finis **H**inc est q̄ bernard<sup>9</sup> dicit. **C**uz recor  
dor q̄ sum cinis. et q̄ cito venit finis. sine fine pertimes  
co. et vt cinis refrigesco. et quia scōm **G**regorium valde  
se sollicitat homo in bono ope qui semp cogitat de extre  
mo fine **I**gitur dilectissime **O**mnem crede diem tibi di  
luxisse supremū **S**ēp habens memori mēte necesse mo  
ri **Q**uis ergo homo sane mētis considerās breuitatem  
et maximā incertitudinē hui<sup>9</sup> miserabilis vite ac p̄pinq̄  
tatem mortis iam venturę. **Q**uis animadnertens dili  
genterq; reuoluens q̄ āni nostri velut aranea mutabū  
tur et dies nostri sicut fum<sup>9</sup> deficiunt. et q̄ homo nat<sup>9</sup> de  
muliere tā breue viuit tempe. qui quasi flos egreditur et  
conteritur. ac fugit velut vmbra. **Q**uis etiā menteten<sup>9</sup>  
hęc ponderans ac intuens cordialiter et cōsiderās sic se  
ducitur a diabolo munto et carne. q̄ penitere negligit in  
hęc tpe breuissio. ymmo vt verius dicam in hac p̄nti bo  
rula siue momēto **C**erte nemo negligit siue differt. nisi  
quem malicia sua penit<sup>9</sup> excecavit. **Q**uanta pena tali  
bus hominib<sup>9</sup> de illa negligentia consequetur **U**nd dicit  
paulus aplūs ad hebreos secūdo **Q**uō estugiem<sup>9</sup> si tātā  
neglexerim<sup>9</sup> salutem. **H**inc beat<sup>9</sup> effrem dicit **C**arissimi  
in hoc breui tempe si neglexerim<sup>9</sup>. nullā omnino excusa  
tionem habebim<sup>9</sup> quā pro facinorib<sup>9</sup> nostris ostendam<sup>9</sup>

**N**olo ergo breuitatem huius temporis negligere. ne per  
infinita secula penitencia infructuosa postmodum inci-  
pias tarde penitere. **I**gitur festina ne tardaueris ne cum  
fatuis virginibus finaliter excludaris. **¶** In Mathei xxv.  
**E**cce sponsus venit et que parate erant intrauerunt cum  
eo ad nuptias. et clausa est ianua. **S**uper quo beatus gre-  
gorius sic dicit. **¶** si palatum cordis sapere possit. quantum  
admirationis habet. **E**cce sponsus venit. **¶** Quantum dul-  
cedinis. intrauerunt cum eo ad nuptias. et quantum ama-  
ritudinis. et clausa est ianua. **C**harissime si hec scires  
et intelligeres. ac frequenter cordatenus ruminares ad  
penitentiam utique festinanter curreres. nec tempus ac-  
ceptabile et dies salutis per commestationes et otia inu-  
tiliter perderes sine fructu. **¶** Et ergo scribit Apocalyp-  
s. ij. **M**emento unde excideris et penitentiam age. **L**egitur  
spud clareuallum accidisse. quod quidam uir sanctus cum  
esset in oratione audiuit quandam uocem miserabiliter  
lamentantem. et cum inquireret quid hoc esset. respondit  
**E**go sum anima cuiusdam damnati infelicem meam de-  
plangens damnationem. **¶** Et cum de pena eius quereretur  
dixit quod inter omnia que damnatos magis excitabat ad  
penam erat amissio temporis sibi dei gratia collati. in cuius  
pauca morula potuissent penitentiam egisse que eos libe-  
rasset a pena infernali. **¶** Unde **H**ugo de sancto victore.  
**¶** Omnia gehenne supplicia superat deum non uidere et  
bonis carere: que in potestate habuisti obtinere. **¶** Ope-  
mur igitur dum tempus habemus: ne postmodum dica-  
mus penitendo illud **I**heremie viij. **T**ransiit estas. fini-  
ta est messis. et nos saluati non sumus. **¶** Hinc est quod deuotus  
ille effrem nos ammonet dicens. **¶** Obsecro vos cha-  
rissimi et suppliciter rogo. o amici mei uigilate in hoc bre-  
ui tempore. in hac hora undecima contendite. iam enim  
vespera properabit: cum gloria multa remunerator ad



ueniet reddere vnique scdm opera sua. **E**xemplariter  
etiam patet qd mortis memoria inducit hominem ad pe  
nitentiam faciendam. **U**nde legitur de quodam milite  
flagitioso. qd nullam penitentiam a papa alexandro sibi  
impositam voluit acceptare. tandem papa dedit sibi anu  
lum suum: vt illum in digito suo pro penitentia portas  
ret. et quancumq; eum inspiceret: qd de morte sua cogi  
taret. **Q**uod cum fecisset plurib; diebus. tandem ad pa  
pam redijt dicens qd paratus esset omnem aliam peni  
tentiam quantumcunq; sibi iniungeret facere et adimple  
re. **I**tem legitur de quodam alio peccatore. qui etiam  
nullam a confessore voluit acceptare penitentiam. tan  
dem confessor suus sibi hoc iniunxit. vt preciperet scrui  
tori suo qd semper in primo ferculo baculum decortica  
tum ei presentaret dicens **D**omine ad memoriam redu  
catis qd necessario habetis mori et nescitis vbi. quomo  
do et quando **C**um autem per tempus aliquod hoc fac  
tum fuisset et per hoc que comedebat sibi in tedium ver  
terentur: dixit confessori suo qd paratus esset omnem al  
iam penitentiam facere quantumcunq; etiam vellet.  
**N**am cor suum in seipso conturbatum erat et formido  
mortis cecidit super eum **E**x predictis ergo satis patet  
qd memoria mortis facit hominem se humiliare omnia  
contemnere. penitentiam aggredi siue acceptare. et ex  
sequenti peccata deuitare **E**t ideo **S**epe recorderis bo  
ne frater qd morieris **S**i memor es mortis: felix eris  
cito sortis

**S**equuntur nunc **E**xempla ex varijs sacrarum litters  
rarum passibus homini christiano admodum utilia.

**P**etrus damiani ad Blancam  
comitissam de terrorib; mortis.

**P**ensandum quippe est cum iam peccatrix anima vinculis  
incipit carnis absolui quam amaro terrore concutitur.  
quantis mordacis conscientie stimulis laceratur. Recolat ve  
rita que commisit. videt mandata que negligenter implere  
contempsit. Dolet indulta penitentiae tempora sese inaniter per  
cepisse. Plorat immobilem districtae ultionis articulum in  
uitabiliter imminere. Manere satagit. ire impellitur. recu  
perare vult perdita. non auditur. Post terga respiciens  
totius transacte vite cursum velut unum brevissimum de  
putat itineris passum. Ante se oculos dirigit et infinita  
plenitudinis spacia deprehendit. Plorat itaque quod ante tam  
breve spacium acquirere potuit leticiam omnium sanctorum. De  
flet etiam se propter tam brevis illecebre voluptatem inenar  
rabilem perpetue suavitatis amisisse dulcedinem. Erubescit  
quod propter illam substantiam que hominibus erat obnoxia illam ne  
glexit que choris angelicis erat inferenda. Jam radios  
mentis attollit. et dum divitiarum immortalium gloriam  
templatur eam propter vite inopiam perdidisse confunditur.  
Cumque sub se reflectit oculos ad huius mundi conuallam te  
tramque caliginem. Super se vero miratur eterni lucis clari  
tatem. liquito deprehendit quia nox erat et tenebrae quod  
amavit. **O** si rediunum penitentiae tempus promereri potuisset quam  
dure conuersationis iter arripet. quantis se denotionum  
vinculis innodaret. **I**nterea dum ebescens oculi con  
tabescunt. dum pectus palpitat. dum raucum guttur ahelat.  
dentes palatum et nigrescunt. et quadam velut eruginem  
contrahunt. Pallescunt ora. membra cuncta rigescunt. **D**um  
haec et huiusmodi tanquam vicine morti precedentia faulantur of  
ficia. assunt omnia gesta simul et verba. nec ipse etiam cogitatio  
nes desunt. et cuncta haec amarum contra actorem testimonium  
reddunt. **C**oaceruantur omnia ante respicientis oculos. et que  
respicere refugit. coactus et inuitus accedit. **A**dest praeterea  
hinc horrenda demonum turba. illinc virtus angelica. **I**n il  
lo qui mediatus est liquito deprehenditur. cui parti iure posses

sio vendicetur. Nam pietatis in eo videtur insignia vi-  
sitationis angelice blanditijs delinitur, atq; armonice  
melodie vt exeat prouocatur. Quod si eum sinistre parti  
nigredo meritorium et fedicitatis squalor adiudicet: into-  
lerabili mox terrore concutitur, repentini impetus vio-  
lencia perturbatur: precipitatur inuaditur, et de misere  
carnis ergastulo violenter euellitur, et ad eterna suppli-  
cia cum amaritudine trahitur. Jam vero post egressio-  
nem de corpore quod explicare valeat quot armate iniquo-  
rum acies in insidijs lateant, quot frementes cunei fera-  
libus telis obstructi tunc obsideant, et ne libere transire pos-  
sit animus velut militari more constipate legiones oppug-  
nant. Nec et huiusmodi frequenter in corde versari quid est a-  
liud quam lenocinantia huius vite blandimenta respuere, mun-  
do repudium dare: illicitos motus carnis illidere, solidum  
perfectionis adipiscende propositum indeclinabiliter cus-  
todire.

**Ex horologio eterne sapientie**

**S**tetit ante discipulum similitudo iuuenis pulcherrimi,  
qui morte preuentus in primo migraturus, de salute  
anime sue nichil disposuerat. Qui huiusmodi voce la-  
crimabili clamabat. Circumdederunt me gemitus mortis do-  
lores inferni circumdederunt me. Heu me deus et ne ad quod  
in hunc mundum nascebar, natus ex utero cur non statim perire.  
En principium vite mee fuit cum fletu et dolore, nunc autem  
finis meus et exitus existunt cum miserabili plactu et mero-  
re. O mors quam amara est memoria tua cordi iocundo et in  
delicijs enutrito. Horribilis punitio tua ei qui et etate iu-  
uenis et roboze fortis, et qui potitur successibus prosperis.  
O quam parum credidissem quod tam cito mori debuissem. Sed  
nunc mors misera repente quasi in insidijs irrupens ir-  
ruisti super me, comprehendisti me et mille funibus ligasti  
et in vinculis tecum trahis ferreis, sicut trahi solet dam-  
natus ad supplicium mortis. Tempus preterit, dilapsum est  
et a nullo hominum reuocari potest, non fuit hora tam breuis

in qua spūalia lucra suo valore oīa terrena icōpabiliter  
excedētia cōpare potuissē. **D**eū me miserū. ideo nuuc  
stillat ocul<sup>9</sup> me<sup>9</sup> p<sup>re</sup> dolore ⁊ palpebre fluūt aquis. quia  
reuocare qđ p<sup>re</sup>terit non possum. **E**ya vos oēs q̄ adestis  
qui meā miserā videtis. qui flore iuuetutis adhuc gau  
detis. qui tēp<sup>9</sup> aptū adhuc habetis. me respicite. measq̄  
miserias considerate. ⁊ in meo periculo dānū vestrū de  
clinate. florem iuuetutis vestre cū deo expēdite. tēp<sup>9</sup> sa  
cris occupate actiōib<sup>9</sup> ne similia faciētes similia patiamī  
**D** felix penitentia ⁊ conuersio matura qz secura qui āt  
tarde p<sup>re</sup>nie se cōmittit dubi<sup>9</sup> ⁊ incert<sup>9</sup> erit. quia nescit an  
vere aut fice peniteat. **D** cras cras q̄ longam restē fe  
cisti mihi. ⁊ in barat<sup>9</sup> mortis me protraxisti. p<sup>re</sup>crastinā  
do decepisti me: **E**t qđ adhuc dicam. in proximo est tri  
bulatio mea. vt de hoc mūdo recedam. **A**tende nunc a  
me queso diligenter. **E**cce in hac hora magis gauderem  
de breui oratiūcula. puta de salutatioē angelica deuote  
per me dicta q̄ super milia auri ⁊ argenti. **D** mi de<sup>9</sup> quā  
ta bona neglexi. q̄ male accidit mihi qz hec non prouidi  
qñ bene prouidere potui. quot horas nūq̄ redituras p<sup>re</sup>  
didi. q̄ modica facta ⁊ negocia inutilia tractans tā mul  
ta ⁊ preciosa bona neglexi. **D** mi deus nūc finem verbis  
meis impono. vlti<sup>9</sup> plangere non valeo. **E**cce veit ho  
ra que me aufert de terra. **D**eū me nūc video. nūc expe  
rior qz amplius viuere non valeo. ⁊ qz mors est in p<sup>re</sup>pin  
quo. **E**n man<sup>9</sup> inualide incipiunt rigescere. facies palle  
cere. visus obūbrari. ⁊ oculi profundari ac transuersari.  
**A**ch me miserum pūcture mortis amarissime circūdāt  
me. ⁊ cor debile suffocare nitūtur. **D** cordis āgustie ⁊ p<sup>re</sup>  
sure mortifere. **E**n pulsus incipit capizare. **A**nhelitus  
deficere. et quasi ex p<sup>re</sup>fundo se colligere. lucem hui<sup>9</sup> mun  
di amplius non video. **E**t ecce iam statū alterius mūdi  
p<sup>re</sup> oculis mentalib<sup>9</sup> quasi p<sup>re</sup>meditāto p<sup>re</sup>spicere incipio

**D**omi deus q̄ miserabilis aspect⁹. en cruenta bestie. lar-  
uales demonū facies. nigri ethiopes innumerabiles cir-  
cūdant me insidiantes ⁊ expectantes miseram aiām me-  
am in proximo exituram. si forte torquenda eis in sorte  
tradatur. **E**n sudor mortis adest. ⁊ membra penetrans  
⁊ victam esse naturam ⁊ iam succubuisse attestans. **D**-  
terribilis aspect⁹ iusti iudicis mihi iam presentis. per ti-  
morem subito veniētis p̄ exhibitionē. **H**inc valete socj  
⁊ amici charissimī. q̄ hic iā exitur⁹ oculū mētis ad pur-  
gatorij quo iā deducend⁹ sum cōuerto. inde nō exitur⁹  
donec reddam novissimū quadrantē. **I**llic oculo cordis  
intueor miseriam ⁊ dolorem. penā ⁊ afflictiones multi-  
plicem. **D**eu me miserum inter alias debitas penas illo  
saie vndecimo **Q**uod terribile est illam vocem. tunc audi  
re **U**nde augustinus super iohannem **Q**ui ceciderunt ad  
vocem vniam morituri christi. quid facient sub voce iu  
dicaturi. **I**pse siquidem rugiet tanquam leo. **A**mos tercio.  
**L**eo rugiet quis non timebit. **I**tem ysaie v. **R**ugiet ei  
ut leonis **I**tem iheremie xxv. **D**ominus de excelso ru  
giet ⁊ de habitaculo suo dabit vocem suam. peruenitqz  
sonus eius ad extremum terre. quia iudicium domino  
cum gentibus. **C**erte tunc vox domini confringentis ce  
dros. nam tunc dominus confringet cedros libani **H**oc e  
superbos ⁊ eleuatos eius speciales inimicos **Q**ui mox  
ut honorificati fuerint ⁊ tanquam cedri exaltati quemad  
modum fumus deficient. cum in hoc iudicio humiliati  
fuerint a domino. ⁊ quasi penitus ad nihilum redacti.  
**H**ec etiam vox domini erit sicut tonitruum verberans ter  
ram. **I**deo iob xxvi. tremens dicebat. **Q**uis poterit ton  
itruum magnitudinis eius intueri **U**n psalmista **I**nto

nuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suam. **I**tem  
iob xxxvij **T**onabit dominus voce sua mirabiliter qui fa-  
cit magna et mirabilia **H**inc anselmus in meditationibus  
suis dicit **Q**uid dormitas anima tepida et euomi digna  
**Q**ui non expergiscitur. qui non tremat ad tantum to-  
nitruum. non dormit sed mortuus est. **I**tem verbum do-  
mini erit ad modum choruscantis **U**nde zacharie nono.  
**E**xibit ut fulgur iaculum eius et dominus in tuba canet  
**C**erte sicut dicitur ysaie xxvij. **I**n die illa clangeretur tu-  
ba magna **H**inc dicit **C**risostomus super illud **M**athei xiiij  
**V**irtutes celorum mouebuntur **V**ere vox magna vox  
tube terribilis cui omnia obediunt elementa **Q**ue petras  
scindit. inferos aperit. portas ereas fragit. vincula mor-  
tuoꝝ dirumpit. et de profundis abissi liberatas animas cor-  
poribus suis reddit. et ad iudicium ire compellit **H**ec om-  
nia citius consumentur in opere. tanquam sagitta transit in  
aere **D**icente apostolo. i. ad corinthios xv. **I**n momento  
in ictu oculi in nouissima tuba **D**e hac etiam tuba dicit  
hieronimus. super matheum. **Q**uotiens diem illum consi-  
dero. toto corde contremisco. **S**ive etiam comedo siue  
bibo siue aliquid aliud facio. semper videtur illa horribi-  
lis tuba sonare in auribus meis. **S**urgite vos mortui ve-  
nite ad iudicium **H**unc diem frequenter debet cogitare  
quilibet tribulatus seu onere penitentie aggrauatus. et  
magnum inde suscipiet in anima subleuamen **U**nde gre-  
gorius in omelia **D**iem illum fratres charissimi ante ocu-  
los vestros ponite: et quicquid modo graue cernitur in  
eius comparatione leuiatur. **D**ebemus etiam hanc diem  
expauescere et timere. nam hec est dies ire. dies magna.  
et amara valde. **U**nde sophonie primo. **G**loria diei domini  
amara. tribulabitur ibi fortis dies ire dies illa. dies tri-  
bulationis et augustie. dies calamitatis et miserie. dies te-  
nebrarum et caliginis. dies nebule et turbinis: dies tube  
et clangoris **I**tem ysa. iij. **S**ol conuertetur in tenebras

et luna in sanguinem. antequam veniat dies domini magnus et  
horribilis. **Q**uantum metuebat beatus bernardus hunc diem  
quando dixit Cum recordor mortiturus. terret terror me  
venturus. quem expecto non securus. terret dies me ter  
roris dies ire et furoris. dies luctus et meroris. dies ul  
trix peccatoris. **D**e hoc etiam die ait sic idem in sermo  
ne. Audi stabunt ante tribunal christi. ut audiant vocem  
iudicij. qui obturaverunt aurem suam ad vocem consilij  
**Q**uid enim loquitur deus. **A**gite inquit penitentiam.  
**M**ulti tamen dissimulant multi continent aures suas:  
et dicunt. **D**urus est hic sermo. non sic impij non sic. **T**unc  
intonet durus sermo verbum asperum cum pronunciatum  
fuerit. **I**te maledicti in ignem eternum. **Q**uid ergo dicent  
in die illa terribili miseri peccatores perpetue condena  
ri. cum viderint sanctos ad regnum vocari. atque semetip  
sos ad mortis supplicia eternaliter destinari. **C**erte li  
cut dicitur sapientie. **v.** **S**ementes pre angustia spiritus  
dicent intra se penitentiam agentes. **H**i sunt quos alii  
quando habuimus in derisum et in similitudinem im  
perij. **N**os insensati vitam illorum estimauimus insa  
niam. et finem illorum sine honore. **Q**uomodo ergo con  
putati sunt inter filios dei et inter sanctos soris illorum  
est. **N**os errauimus a via veritatis et lumen iusticie non  
illuxit nobis. et sol intelligentie non est ortus nobis. **L**as  
sati sumus in via iniquitatis et perditionis. et ambulauimus  
vias difficiles. viam autem domini ignorauimus. **Q**uid  
nobis profuit superbia. aut quid diuiciarum iactantia  
tulit nobis. **T**ransierunt omnia illa tanquam nauis que per  
transit fluctuantem aquam. cuius cum preterit non est  
vestigium inuenire. **C**erte hec confessio et penitentia tunc  
erit nimis tarda. **P**enitebunt quidem ad penam. sed non  
conuertentur ad veniam. **N**am tunc non erit amplius  
locus misericordie et venie. sed equitatis et iusticie. cum

pronunciatur a tremendo iudice **Ite** et venite. **Q**uā-  
tum hec sententia est ab omnibus metuenda. **U**nde legi-  
tur q̄ quidam sanctus cum spūs fornicatiōis ipsū gra-  
uiter temptaret exorauit dominū vt temptator ei visi-  
biliter appareret. quod et factum est. **T**unc sanctus ille  
ait **Q**uid tibi prodest q̄ me sic temptas. est enī summa  
fatuitas. **N**osti namq; q̄ cum aliquem in peccatum p̄-  
cipitas. peccatum tuum aggrauas. et ex consequenti sic  
penam tuam augmentas. **R**espondēs demō ait. **S**cio  
inquit verum esse quod loqueris. scio enim q̄ quāto plu-  
res peccare fecero tanto diem iudicij amplius retardas-  
bo. **I**llam autem diem super omnia reformido. in qua du-  
ram illam sententiam me auditurum expecto. **I**te ma-  
ledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et an-  
gelis eius. **E**t vt fulminationem illius sententie saltez  
ad tempus valeam retardare. ideo nitor homines tam  
grauiter temptare. **D**eus eterne quantum tunc deō  
nes et miseri peccatores timebunt et a voce tonitruī tui  
formidabunt. **E**t ergo si volueris hanc vocem nō time-  
re. et in illa die magna et horribili securus esse. semia nūc  
opera pietatis. iusticie et misericordie. **Q**is felix fuerit et  
multum beatus. qui nūc intelligit super egenum et pau-  
perem. in illa die liberabit eum dominus. **U**nde puerbi-  
orum xi. Benefacit anime sue vir misericors. facit etiā  
dignos fructus. **N**am qui nūc semināt in lachrimis et  
doloze tunc venientes venient: portantes manipulos  
suos cum magna exultatione. **S**ed multi nunc semināt  
spinas et zizania. putantes se tunc triticum messuros.  
non sic impij nō sic. **Q**ue enī seminauerit hō. hec et metet.  
dicit aplūs ad galatas vi. **E**t ergo dicit dñs **D**zee dciō  
Arastis impietatem. iniquitatem messuistis. **U**nde qui  
seminauerit pctm et acc<sup>o</sup> nequicie metet iehennalem pe-  
nam. **Q**ui vero virtutes et opa pñie. colliget glām sempit



nam. nā qui bona egerūt ibūt in vitā eternā. q̄ vero ma  
la in ignem eternū. **O**pera ei illoꝝ sequūtur illos Apo  
calip̄ xiij. nam opa tūc saluabūt. ⁊ opa condemnabūt.  
Hunc est qđ dicitur iohannis v. **V**eniet hora in qua om  
nes qui in monumentis sunt: audient vocem domini. ⁊  
p̄cedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. q̄ ve  
ro mala in resurrectionem iudicij. **U**nde apocalip̄ .ij.  
dicit iudex affuturus. **E**go sum scrutans renes ⁊ corda  
⁊ dabo unicuiq; scđm opera sua. **N**am vt dicit abdie p̄  
mo **S**icut fecisti fiet tibi. **E**t ergo scribitur **I**here. quin  
quagesimo. **E**t sunt verba iudicis ad angelos malos de  
peccatore condemnato sic dicentis **R**eddite ei scđm op̄  
suum. iuxta omnia que fecit facite illi. **E**t ergo si voluer  
is ante christum autumnū bonū habere ⁊ multis fru  
ctibus abundare. semina nūc largiter in hoc vere hui⁹  
presentis vite. nam qui parce seminat parce ⁊ metet **E**t  
qui seminat in benedictionibus. de benedictionib⁹ ⁊ me  
tet. **U**t habetur scđo ad chorintheos decimo **S**ic etiaz  
qui seminat in maledictionibus ⁊ peccacis: de eisdeꝝ me  
tet **N**am vt dicitur p̄verbio communi **Q**uod sibi quis  
quis serit presentē tempore vite **H**oc sibi messis erit cū  
dicitur ite venite. **T**ercium vero p̄pter quod sententia  
iudicis est terribilis ⁊ desolata est omni dolore plena dā  
natorum a deo ⁊ angelis. ⁊ ab omnibus sanctis separa  
tio eterna. cum pars sinistra a demonibus rapietur **I**n  
instanti enim ⁊ sine mora illa horribili sententia ab ore  
christi promulgata erunt parati demones crudelissimi.  
rapientes animas miserorū. ducentes eas velociter ad  
supplicium sempiternum. **H**oc etiam patet figuratiue.  
**H**ester vij. de ministris assueri regis. qui erant audissi  
mi ad suspendendū aman **U**nde dicitur ibidem. necnō  
verbum de ore regis exibat ⁊ operuerūt faciem ei⁹ mi  
nistri regis **S**ic diaboli statim in illo die erunt parati

simi ad recipiendum statim animas peccatorum. Et hoc est quod  
dicitur in lamentationibus Jerem. i. capi: Omnes persecu-  
tores eius apprehenderunt eam. Unde chrisostomus in li-  
bro de reparatione lapsi Cogita se uos illos et horrentes  
penarum ministros: qui peccatores precipitant ad sup-  
plicia sempiterna. Item hugo de sancto victore Tor-  
tores horribiles qui nunquam miserentur erunt parati ut dar-  
ta sententia: te damnatum rapiant ad tormenta sempi-  
terna. Tunc miserando miser lamentando dicet Susce-  
perunt me sicut leo paratus ad predam. et sicut catulus  
leonis habitans in abditis. O dolor ineffabilis. o pena in-  
dicibilis talis amarissime persecutionis. Unde bernar-  
dus in meditationibus suis sic ait. Quis putas meror e-  
rit. quis luctus. que tristitia. quando separabuntur ma-  
li a consortio iustorum et a visione dei. et traditi in potes-  
tatem demonum: abunt cum illis in ignem eternum. Ibi  
quod erunt sine fine in luctu et gemitu. Procul elongati a  
beata patria paradisi. et in iehenna nunquam lucem habitu-  
ri in iuxta quantitatem culpe penam sustinentes. tunc illi  
miseri peccatores de omni redemptione desperantes us-  
que in eternum non videbunt lumem. nam interibunt in infe-  
riora terre. tradentur in manus gladii partes vulpium erunt  
hoc est ipsorum demonum qui sunt fraudulentissimi et nequissimi  
ad nocendum omnibus. De hac separationis pena sic dicit  
chrisostomus in libro de reparatione lapsi. nonnulli imperi-  
torum putant sibi satis esse et optabile videri si tantummo-  
do careant iehenna. Ego autem multo grauioribus quam iehenna  
esse dico esse cruciatus. remoueri et abijci ab illa gloria.  
nec puto acerba esse iehenne supplicia. Ut sunt illa:  
De quibus audi quid dicit beatus petrus. Torquetur  
is qui arceatur a conspectu christi hoc crede mihi penis omnibus  
grauius. Et hoc solum est quod superat et iehennam. Unde idem  
super illud mathei xvi. Excidet et in ignem mittetur. Intol-

terribilis res est iehenna et supplicium horribile. Tamen  
si mille quis iehennas ponat. nil tale est durum quale ab  
honore illius glorie. **N**am scdm augustinum **R**eprobi mallent omne tormentum sus  
tinere quam videre faciem iudicis irati. **U**nde iobelis scdo  
**A** facie eius contremuit terra. moti sunt celi et stelle re  
traxerunt splendorem suum. a facie eius trepidabunt po  
puli **C**erte domine tunc peccatores infirmabuntur et pe  
ribunt a facie tua. **E**t hoc pro dolore nimio. cum eam vi  
derint auersam. et quo ad ipsos terribiliter commotam  
et crudelissime dicentem illud iheremie xviii. **D**orsum et  
non faciem ostendam eis in die perditionis eorum **Q**u  
lis separatio **Q**uam grauis et amara tunc diuisio cuiuslibet  
peccatoris a facie domini taliter indignantis. et horribi  
ter dicentis. **A**men dico vobis nescio vos: **U**nde quodam  
**C**arorum tristis discessus tristior istis. **C**orporis et ani  
me tristissimus a deitate **C**harissimi propter hec omnia su  
pradicta et quasi infinita alia que breuitatis causa omit  
tuntur. expergiscimini et leuate capita vestra. ac omni ti  
more et tremore dicite illum precauete **N**am sicut dicitur  
sophonie primo. **I**uxta est dies domini magnus iuxta et ve  
lox nimis **E**t ergo dicitur ysaie xiiij. **V**igilate. quia prope est  
dies domini. vigilate itaque quia nescitis diem neque ho  
ram. ita ut scribitur mathei xxv. **U**nde prime ad thessa  
lonicenses ultimo **F**rares ista diligenter scitis quia dies domi  
ni sicut fur ita in nocte veniet **C**um enim dixerit pax et  
securitas tunc repentinus eis superueniet iteritus. et sicut  
dolor in utero habentis et non effugient **V**os autem fra  
tres iam non estis in tenebris. ut vos dies illa tanquam fur  
comprehendat. **V**os enim filii lucis estis et filii dei. **I**gi  
tur non dormiamus sicut ceteri. sed vigilemus et sobrii  
simus **H**ec ubi supra **I**tez luce xxi. **A**ttendite vobis ne  
forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate. et  
curis huius vite. et veniat super vos repentina dies illa

tanq̄ laqueus enim superueniet in omnes qui sedēt su-  
per faciem vniuerse terre. **V**igilate itaq; fr̄s omni tē-  
pore orantes vt digni habeamini omnia ista fugere que  
ventura sunt. ⁊ stare ante filium hominis. **N**ec omnia  
ibidem. **N**am in veritate ibi erit timor ⁊ tremor ⁊ into-  
lerabilis dolor. **U**nde iobelis sc̄do. **M**agnus est dies do-  
mini ⁊ terribilis valde. quis sustinebit eum. **E**t ysaie. ij.  
**E**t introibunt in speluncas petrarum a facie formidi-  
nis domini ⁊ voragine terre. ⁊ a gloria maiestatis eius  
cum surrexerit percutere terram. **T**unc enim in fremi-  
tu conculcabit terram ⁊ in furore obstupesciet gentes.  
**S**icut scribitur **A**bacuc tercio. **E**t ideo dicitur ysa. de-  
cimo. **Q**uid facietis in die visitationis ⁊ calamitatis d̄  
longe venientis. ad cuius fugietis auxiliu. **C**erte pec-  
catori tunc nullū erit refugiū. nullum solamē seu adiu-  
torium. **U**nde anselmus in libro de similitudinibus **A**  
dextris erunt peccata accusantia. a sinistris infinita de-  
monia. **S**ubtus horridum calos inferni. desup presen-  
tia iudicis irati. **F**oris mundus ardens. intus conscien-  
tia viens. vix iustus saluabitur. **P**eccator autē sic dep̄-  
hensus quo fugiet. latere tunc erit impossibile. ⁊ appare-  
re intolerabile. **I**tem est dicta sententia eo magis formi-  
dabilis ⁊ timenda. quia non solum corpus dijudicat. s; ⁊  
etiam ipsam animā condemnat. **U**nde legitur in exem-  
plo. **D**uo fratres quorum vnus erat fatuus ⁊ alter sapi-  
ens. ibant pariter eadem via. **C**um autem venissent ad  
buium vbi erant due vie. vna delectabilis ⁊ pulchra. re-  
liqua vero inabilis ⁊ aspera. **F**atuu videns viam delec-  
tabilem. dixit sapienti. **E**amus per hanc viam. **S**apies  
respondit. **F**rater ⁊ si via ista delectabilis est. tamen ad  
malum hospiciū in fine deducit. **U**nde consulo per a-  
liam viam transeamus. nam quamuis ipsa sit aspera et

inabilis .tamen ducit finaliter ad hospicium laudabile  
et pulchrum nis. magne honestatis ⁊ quietis **R**espon  
dit fatuus frater **D**agis volo oculis meis credere q̄ tibi  
de his que tu non vides. **E**t sic se posuit ille fatuus in  
via delectabili ⁊ amena. **Q**uod sapiens videns nolens  
eum relinquere ipsum sequebatur **P**ergentes autem pa  
riter inciderunt statim in latrones. qui eos ab inuicem  
separantes posuerunt in carceribus diuersis: **F**actum  
est autem vt rex illius terre preciperet quadam die om  
nes icarceratos ad se adduci. vt ipsos iudicaret ad mor  
tem **V**enientes autem isti duo fratres inter ceteros cū  
se mutuo viderent. sapiens sic dixit regi **D**omine mi  
rex ⁊ iudex: valde conqueror vobis de isto fratre meo.  
**N**am cum essemus pariter in via. ⁊ ipse sit fatuus. ego  
vero sapiens sum reputatus. **I**psē enim michi nolebat  
credere vt iuissemus per quandam bonam viam quam  
sibi demonstraui. sed fecit me secum ire per quandam vi  
am malam. vbi cecidimus inter latrones. vnde reus est  
mortis mee. **A**d hec fatuus dixit **D**omine mi rex. **E**go  
aduersus fratrem meum maiorem habeo causam conq̄  
rendi **N**am cum ipse sapiens sit non debuisset tam faci  
liter me secutus fuisse per viam quam sciuit fore malā.  
**Q**uod si non fecisset. redyssem utiq̄ ⁊ secutus eum fu  
issem. et presens periculum nullatenus iucutrisset. **V**n  
de vere reus est mortis mee. **H**is verbis ex vtraq̄ par  
te auditis. rex talem protulit sententiam dicens **T**u fa  
tue noluisti sapienti credere. ⁊ tu sapiens secutus es fa  
tuū. igitur vos ambo debetis morte condemnari **S**ic  
ergo erit fratres charissimi in die iudicij. et in consum  
matione seculi cum exhibunt anime de latibulis suis. et  
corpora de sepulchris suis. ad recipiendum iudicium de  
commisissis omnibus operibus suis ⁊ omissis **N**am cor

pus fatuum quia noluit sequi consilium anime sapientis. et spiritus sapiens. quia secutus est corpus fatuum. Igitur et demerentur ambo in iudicio extremo. Et hac de causa sententia iudicis dicitur gladius ex utraque parte acutus. ut habetur apocalypsi primo. **N**am percutiet tam quo ad corpus quam quo ad animam miserum peccatorem. Unde de matthei x. **I**llum timete qui potest corpus et animam perdere in iehennam. **I**tem dictam sententiam reddit multum formidabilem et timendam qualitas ipsius iudicis. **E**st enim ferenda a iudice circumspecto immo prudentissimo qui non poterit falli. **N**am omnia sibi cognita sunt et nota. **I**pse enim nouit abscondita cordis scrutans corda et renes deus. **U**nde ad hebreos iij. **O**mnia nuda et aperta sunt oculis eius. **D**eus enim intuetur cor ut habetur primi regum xvi. **U**nde ecclesiasticus. vicesimo tercio. **O**culi domini multo plus lucidiores sunt sole: circumspicientes omnes vias hominum. et profundum abissi et hominum corda intuentes in absconditas partes. **E**t ergo ut dicit boecius. **M**agna nobis indicta est bene faciendi necessitas. cum agamus omnia ante oculos iudicis cernentis. **I**tem iherosolimitano. xxxij. **O**culi tui aperti sunt super omnes vias filiorum adam. et reddas unicuique secundum vias suas et secundum fructum adinventionum eius. **I**ste est iudex valde metuendus cui perspicabile omne solidum et apertum omne secretum. cui obscura clarent. muta respondet. mens sine voce loquitur et silentium confitetur. **H**ec etiam sententia ferenda est a iudice nouissimo. qui non poterit flecti. nam iudicabit orbem terrarum in iusticia dei populos in equitate. nullius etiam veretur potentia. nec alicui accipit personam. nec aliquo munere tunc placatur. **U**nde deuteronomio. decimo. **D**eus magnus potens et terribilis qui personam non accipit nec munera. **C**erte tunc plus valebit pura conscientia quam mansuetudo plena. **T**unc diuiciis nihil proderit diuitiarum copia. sed solum pietas.

iusticie p̄sunt opa. **Unde ezechie. vii.** Argētum eoz fo-  
ras eijciet: et aurum eoz in sterquiliniū erit. Argētum  
et aurum nō valebit liberare in die furoris dñi. **Tūc ap-**  
parebit dol⁹ seculi falsitas mūdi: ac vilitas ⁊ idignitas  
omnium diuitiaz. **Q̄** dulce. q̄ iocūdum erit tūc odif-  
se mundū ⁊ q̄ triste: q̄ amarū habuisse mundū carum.  
**Hec sentētia ferēda est a iudice q̄ precibus nō corrūp̄it**  
neq; mitigat. **Prover. vi.** Nō acquiescet cuiusq; p̄cib⁹.  
**Et ideo vt dicit Criso.** Ibi angeli p̄ hominib⁹ nō interce-  
dent. **Quia iust⁹ iudex tunc nō faciet misericordiam: sed**  
reddet vnicuiq; scdm̄ merita vel demerita. equam ⁊ in-  
flexibilem iusticiam. **Unde Ezechiel. vii.** Scdm̄ viam  
eoz faciā eis. ⁊ p̄m opa eoz iudicabo eos: ⁊ scient qz ego  
domin⁹. **Et ergo Job. ix.** expauescens dicebat. **Ulerebar**  
omnia opa mea sciēs qz nō parcis delinquēti. **De his oī-**  
bus ait **Bern̄. in psal.** Juste quidem iudicabit nec perso-  
nā acceptabit p̄ce nec corrumpet: sic nec precib⁹ flectet.  
**Et igit̄ labora diligēt̄er illuc deferre iusticiam. vbi mi-**  
sericordiam nō poteris inuenire. **Nam vt scribit̄ Pro-**  
uer. xi. **Nō p̄derūt diuitie in die ultionis: s; iusticia libe-**  
rabit tūc a morte. **Carissime si scholares lcōnes suas ne-**  
sciētes valde timēt de exam̄e magistri. qz forsitan acri-  
ter corrigent̄. **Quātum habēt tūc timere miseri peccat-**  
tores de extrema auditiōe summi magistri ⁊ iudicis: q̄  
nō studuerūt in libro iusticie ⁊ veritatis. **Certe in hoc**  
examine q̄ nunc malignantur exterminabunt. **Iniusti**  
em̄ punient̄ ⁊ semē impioꝝ peribit. **Ecōtra vero tunc**  
in memoria eterna erūt iusti. ⁊ ab auditione mala nō ti-  
mebunt. **Et ideo dicit̄ Eccī. vii.** Ante iudiciū para tibi  
iusticiam. **Hec sentētia etiam feret̄ a iudice crudeli ⁊ cō-**  
moto qui nō poterit placari. **Nam domin⁹ qui nūc na-**  
turaliter māsuētus est vt agn⁹. tūc apparebit quasi leo  
rugiēs crudelis ⁊ cōmotus. **Uñ osee. xii.** ⁊ p̄nt̄ esse **Ab-**  
domini de auaris. gulosis ⁊ sup̄bis in die iudicij sic dicē

ris **J**uxta desideria sua adimpleti sunt et saturati. et ele-  
uauerunt cor suum et obliti sunt mei. **E**t ero eis quasi leona  
et sicut pardus in via assiriorum. occurram eis quasi vrsa  
raptis catulis: et dirumpam interiora iecuris eorum et con-  
sumam eos quasi leo. **Q**uid enim crudelius istis bestijs pote-  
rit inueniri. **I**tem dicit dominus ad impium condemnandum.  
illud **E**zechie. vii. **F**inis venit super te et emittam furorem  
meum in te. et iudicabo te iuxta vias tuas et ponam con-  
tra te omnes abominaciones tuas. **E**t non parceret oculus  
meus super te et abominaciones tue in medio tui erunt. **E**t  
scitis quia ego dominus. venit tempus prope est dies occisio-  
nis. nunc de vicino effundam iram meam super te. effun-  
dam furorem meum in te. **C**erte domine sicut ignis combu-  
rit siluam et sicut flamma comburens montes. **I**ta tunc per-  
sequeris illos in tempestate tua et in ira tua turbabis eos.  
**N**unc enim exardescet sicut ignis ira tua. et in furore ob-  
stupefacies gentes. **D**e quo dicit ysa. xxx. **E**cce nomen do-  
mini de longinquo veniet ardens furor eius et grauis ad  
portandum labia eius repleta sunt indignatione et lingua  
eius quasi ignis deuorans et spiritus eius quasi torrens inundans  
usque ad medium colli. ad perdedas gentes ad nihilum. **H**unc  
furorem prouidit iob in spiritu cum dixit. **Q**uis mihi tribu-  
at ut in inferno pregas me et abscindas me donec pertra-  
seat furor tuus. **V**ere tanta erit tunc seueritas iudicis. quod  
nec verbis poterit exprimi: nec mente cogitari. **O**mnia enim  
iudicia ab initio mundi super humanum genus habita sunt  
tanquam stille et scintille respectu furoris domini: quem in hoc  
iudicio exercebit. **E**cce quod districtus veniet ad iudicium.  
qui mitis resurrexit et ad celum ascendit. **E**ntin gregori in  
omelia super illud iohan. xx. **T**homas vnus ex duodecim qui  
dicit didimus sic ait. **F**res vitam vestram moresque componi-  
te. et is qui mitis resurrexit a mortuis: quod strictus in iudi-  
cio veniet preuidete. **C**erte in die tremendi examinis sui  
cum angelis et archangelis. cum thronis et dominationibus. cum



principatib⁹ ⁊ potestatib⁹ apparebit. celis ⁊ terris ardē  
ribus: cunctisq; elemētis in obsequiū sui terrore commo  
tis. Hūc ergo tanti pauoris iudicem añ oculos vestros  
ponite. hūc venturū tūmetē vt hūc venturū nō timidi s; **S**  
securi videatis. **T**imēdus est ergo motus. ne tūc timeat  
**T**error ei⁹ ad vsum bone actiōis nos exerceat. met⁹ illi  
us vitam nrām a prauitatib⁹ compescat. **C**erte si aliq; **S**  
vestrū cum suo aduersario cām dicitur⁹ in iudicio die cra  
stina esset exhibend⁹ coram fortasse noctem insomnē du  
cēt qd sibi dici possit. quid obiectiōib⁹ responderet secū  
sollicita ⁊ estimanti mēte vsaret. vt iudicem inueniret  
asperum vehementer metueret et noxius apparēt for  
midaret. **E**t q; ego aut qd ego **V**imirū non lōge futu  
rus post hōiem vermis: post vermē puluis. **S**i ergo tā  
ta cura p̄mescit iudicium pulueris q̄ intentiōe cogitā  
dum est. q̄ formidine p̄uidendū est iudiciū tāte maiestat  
is. **H**ec omnia idem vbi supra **S**ūt ⁊ qdā alia p̄dictam  
sentētiā grauātia **P**rimū videlz q; ibi nō est p̄tās res  
sistēdi. **S**apientie. xi. **V**irtuti brachij tui q; resistet. **E**t  
ysa. xiiij. **Q**uis resistet iudicio tuo **V**ere null⁹ potest re  
sistere: s; oēs generalit̄ oportet cōparētac sniam summi  
iudicis siue velit siue nolint corā angel⁹ exspectare **I**pse  
em̄ loquit̄ p̄ ysaiam. xlvij. ad pctōrem condemnādum in  
hęc v̄ba **R**euelabit̄ ignomiā tua. ⁊ videbit̄ obprobriū tu  
um. **A**ktionem capiam ⁊ nō resistet mihi hō **E**l̄n iob ix  
**D**e⁹ cui⁹ ire resistē nemo p̄t. **N**ā si fortitudo q̄rit̄ robu  
stus ē **E**l̄n hester. xiiij. **D**ñe de⁹ rex oipotēs in dcōne tua  
cuncta sunt posita ⁊ nō est q̄ possit resistē volūtati tue  
**T**u em̄ fecisti celū ⁊ terrā. ⁊ qcqd celi ambitu continēt  
dñs oim tu es: nec est q̄ resistat maieitati tue. **I**ste ē ma  
gn⁹ dñs. ⁊ fortis ⁊ potēs: c⁹ magnitudis ⁊ potētie nō est  
nūer⁹ neq; finis **N**ullū etiā q̄ntūcūq; magnū ip̄e t̄cbit  
**S**ap. vi. nō v̄bit̄ dñs magnitudinē c⁹ q; qm̄ pusillū ⁊  
magnū ip̄e fecit **D**ēs em̄ subiecti ei⁹ sūt pedib⁹ e⁹ ⁊ t̄cbit̄

ipsum in die illa vehementer. Nam sicut dicit Ezechi. viij.  
In die iudicii et furoris domini rex lugebit: et princeps in-  
duet merore. Item Apoca. vi. Reges terre et principes  
et tribuni et iudices divites et fortes et omnis servus et li-  
ber abscondet se in speluncis et in petris motuum. Et di-  
cet montibus. Cadite super nos et abscondite nos a facie se-  
dentis super thronum. et ab ira agni: quoniam venit dies magnus  
ire. Et ibidem xvij. Flebunt et plangent reges terre qui in  
babilone fornicati sunt. et in deliciis vixerunt cum viderint  
fumum incendii eius longe stantes propter timorem tor-  
mentoꝝ. Certe tunc erit tribulatio magna qualis non fu-  
it ab initio mundi. usque modo. Ut dicit math. xiiij. Secun-  
dum est quod dictam sententiam aggravat quod non est ibi lo-  
cus peccatoribus se abscondendi seu occultandi. Nam ut di-  
cit beatus anselmus. Latere tunc erit impossibile. et apparere  
intolerabile. Unde iob. xxxiiij. Non sunt tenebre. et non est  
umbra mortis ibi ut abscondant qui operantur iniquitas  
tem. Item bernardus in sermone. Audi stabunt ante tri-  
bunal christi. ut audiant vocem iudicii qui obturaverunt  
aures suas ad vocem consilii. Ut superius allegatum est.  
Carissime hunc diem time. hunc dominum et iudicem omnia iudi-  
catuꝝ cordialiter expauesce. ut eo diligentius possis peccata  
deitare. Nam ut dicit ecclesi. i. Timor domini expellit peccatum  
Et alibi. In timore domini omnis homo declinat a malo.  
Tertium est quod dictam sententiam aggravat. quod non est  
ibi locus ad alium appellandi nec spacium appellandi. Unde  
psal. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam. Si a-  
scendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades.  
Unde dicit dominus de peccatore Amos. ix. fugiet et non sal-  
vabitur ex eis: qui fugerit si descenderit usque ad infernum  
inde manus mea educet eos. Et si ascenderit usque ad celum  
inde traham eos. et absconditi fuerint in vertice carmeli  
inde scrutans auferam eos. Et si celauerint se ab oculis  
meis in fundo maris. ibi mandabo serpenti et mordebit eos

**E**t si abierint in captiuitatem coram inimicis suis ibi  
mandabo gladio ⁊ occidet eos. ⁊ ponam oculos meos su  
per eos in bono ⁊ in malo. Et ergo iob. x. dñs omnia iu  
dicaturus sic dicit. **N**ō est qui de manu mea possit eruere  
**C**erta sunt plane video vbiq; nos inueniet man⁹ omni  
potētis. **U**n̄ aut or de curru anime. **Q**uid facies diues  
nusquam tutus bene viues. **Q**uo te cōuerres quo cur  
sum perdit vertes. **Q**uo vertes cursum non tutus es  
hic neq; sursum. **S**i miser ascēdis celos vel ad infera tē  
dis. **I**mperat in celis ferus est vel ad ifera telis. **S**i ma  
re queratur rex iste mari dominat. **N**usquam tut⁹ eris  
sed vbiq; reperit⁹ habetis. **E**lere vere ita nullibi patebit  
fuga vel in morte nec in vita. **O** q; bene aduertebat hoc  
beat⁹ eleasarus qui sic inquitens dicebat. **M**an⁹ omnipo  
tentis neq; viu⁹ neq; defunctus effugiam vt habetur. ij.  
machabeoz. vi. **E**t dictis igitur patet multipliciē q; fi  
nale iudicium erit omnib⁹ metuendum. ⁊ hoc ppter ac  
cusationem plurimoz ibi sustinēdam. **E**t ppter ratios  
nem vniuersoz generaliter reddēdam. **E**t ppter diffini  
tiuā sentētiā tūc a iusto iudice horribiliter pferēdam.  
**H**ui⁹ ergo memoria preseruat non īmerito quemlibet a  
peccatio

**S**equitur exēpla de secūdo nouissimoz

**De extremo iudicio.**

**R**egit̄ i libro de ortu carthasiēsiū q; quidā doctor p̄cipu  
us. ⁊ vita vt videbatur ⁊ fama doctrina ⁊ sapientia in  
ter omnes doctores parisiēses excellēter honorat⁹ ⁊ mi  
rabilit̄ graciosus graui et vltima infirmitate p̄uentus  
nō diu decumbēs diem clausit extremū. **C**ūq; tota die il  
la qua defunct⁹ est more parisiēsi in aula fune in feretro  
decumbēte fuissent cātata officia defunctorz. in crastino  
mane cōgregata ibidem vniuersitate parisiēsi tam scho  
larium q; doctoz vt tam honorabili viro sollemnis ⁊ ve  
nerabilis p̄teret̄ funeralis officij sepultura **C**um igit̄ res

**f ij**

neredi viri feretrum in quo fun<sup>9</sup> iacebat eleuare vellēt  
ad ecciam deferēdum subito cūctis stupentib<sup>9</sup> qui mor  
tu<sup>9</sup> videbat<sup>9</sup> z erat eleuato capite resedit in feretro ac oī  
bus audientib<sup>9</sup> alta z terribili voce clamauit **Iusto dei**  
**iudicio accusat<sup>9</sup> sum** Et hoc dicto caput deposuit z decu  
buit mortu<sup>9</sup> sicut prius **Qua** voce cuncti attoniti z ter  
riti deliberauerunt ipsum illo die nullo modo fore sepo  
liendū s; vsq; ad crastinū reseruādum **Dane** ergo seqn  
ti cum multitudo magna cōueniss; dictumq; fun<sup>9</sup> sicut  
prius vellēt ad ecciam deportare. defunct<sup>9</sup> sicut pri<sup>9</sup> ele  
uato capite dolorosa z terribili voce insonuit **Iusto dei**  
**iudicio iudicat<sup>9</sup> sum.** **Quam** vocem multitudo audiens  
et intelligēs stupuit plusq; prius. **Et** alterut; interro  
gantes quid sibi vellent tam insoliti z inexperti defun  
cti clamores. adhuc determinauerunt ipsum nisi in alio  
crastino nullaten<sup>9</sup> tumulādū **Tercia** vero die cum p  
ter ista pdigia fere tota ciuitas cōueniss; z fun<sup>9</sup> cunctis  
preparatis ad tumulū vellēt deportare defunct<sup>9</sup> sicut pri  
us iam tercio altissima z mestissima voce psonuit **Ius**  
**sto dei iudicio p̄dennat<sup>9</sup> sum** **Qua** horribili sentētia au  
dica q̄si omnes immēso fuerūt timore z tremore pulsi  
certi facti de cōdemnatiōe tāti viri qui int̄ alios videbat<sup>9</sup>  
honestate vite claritate fame dignitatis excellētia z ml  
tiplici scia z sapia p̄fulgere. **Ea** tempestate erat ibi ma  
gister bruno doctor famosus. natione teutonic<sup>9</sup> de colo  
nia nō obscuris parētib<sup>9</sup> natus. ecclesie etiam remēsis ca  
nonic<sup>9</sup> z ibidem scholarium magister qui supradictis vo  
cib<sup>9</sup> salubriter territ<sup>9</sup> atq; cōpunct<sup>9</sup> allocut<sup>9</sup> est quosdaz  
socios suos ibi p̄ntes. infrascriptis vel similib<sup>9</sup> verbis  
dicēs. **Eia** carissimi qd faciem<sup>9</sup> **Omnes** simul perimus  
non lauabimur nisi qui fugerit. **Si** i viridi hoc sit i ari  
do quid fiet. **Si** homo tāte dignitatis tante litterature  
tāte scie. qui videbat<sup>9</sup> tam honeste vite qui erat tam cele  
bris fame sic indubitāter est damnat<sup>9</sup> quid nos miseri

hominūculi faciem? Si lugubri voce vnt? hominūculis  
tam horribili ac stupendo timore ac tremore concussi ac  
stupefacti sum? quid faciem? cum rugitus leonis cū ex-  
tremi iudicij tuba in aures nostras prebuerit cum om-  
nes audierimus **Surgite mortui venite ad iudicium.**  
**Quomodo in tam horribili iudicio vbi colonne celi cō-**  
**tre miscent. z angeli terre buntur z territi cogentur ap-**  
**parere Vbi tūc latebim? Impossibile erit latere intolle-**  
**rabile apparē. Fugiam? igitur a facie gladij preoccupes-**  
**mus faciem dñi in cōfessione Venite adorem? z pceda-**  
**mus ante dñm plorem? coram dño qui fecit nos Post**  
**q̄ igit̄ vocem ei? audiui? non obdurem? corda nostra**  
**sed exeam? de medio babilonis egrediamur pentapolim**  
**igne z sulphure iam succēsam. z exemplo beati pauli be-**  
**renite z beati anthony arsenij euagrii z alioꝝ sanctorū**  
**cum beato iohāne baptista antra deserti queram? in mō-**  
**tibus nos saluos faciam? vt eterni iudicis iram z sentē-**  
**tiam damnatiōis eterne euadam? z peruenire possim?**  
**ad portum z trāquillitatem salutis eterne. His z simili-**  
**bus vbiis z sentētijs seipsum z quosdā socios alloquēs**  
**et exhortās Deliberauerūt ipse z sex alij viri probi secū**  
**abrenūciare mūdo z omnib? pompis eius z ad pfectam**  
**penitētiam peragēdam heremi deserta cōpetentia que-**  
**rē: z ibidem relictis omnib? delicijs diuitijs z honorib?**  
**hui? mundi accipe singuli cruces suas z nudum christū**  
**nudi per artam viam sequi z latam ac spaciosam dese-**  
**rere que amatores z sectatores mundi perducit ad sup-**  
**plicia damnatorum. Et quia audierāt famam sanctita-**  
**tis sancti Hugonis episcopi gracionopolitani qui pri?**  
**aliquo tempore eiusdez magistri brunonis in scholis so-**  
**cins credidiē extitisse spūs sancto inspirāte simul ad san-**  
**ctum episcopum memoratum accedere decreuerunt et**  
**eiusdem cōcilium z auxilium requirere vt in eius dioce-**  
**si quam audierāt multis desertis montib? abundare lo-**

cum congruū obtinerent in quo suū sanctum ac salu-  
bre ppositum posset effectum mancipare. **S**eptem igitur  
sancti viri infrascripti prefata de causa ad p̄dictum  
sanctum episcopū duce sancto spū peruenerunt. **E**t ut  
utrarum omnino verbis scriptis in legenda vite sancti hu-  
gonis episcopi memorati per summū pontificē innocē-  
tium qui eū canonizauit approbata et cōfirmata adest  
magister bruno vir religiosus sciētiaq; famosissim⁹ ho-  
nestatis et grauitatis ac totius maturitatis quasi quod-  
dam simulachrum. **H**abebat autem socios magistꝝ lau-  
duinum qui post eum extitit prior carthusie: et duos ste-  
phanos hū sancti rufi canonici fuerūt sed desiderio vi-  
te solitarie eis sese cōiunxerūt hugonem quoq; quē cog-  
nominabāt capellānum eo q̄ sol⁹ ex ipsis sacerdotis offi-  
cio fungeret duos quoq; laicos quos appellam⁹ cōuer-  
sos andream et garinum. **Q**uerebāt autem locum here-  
mitice vite cōgruū necdumq; repperāt. **H**ac igitur spe  
simul et suauī sancte cōuersationis odore trahente vene-  
runt. **Q**uos episcopus non solum gratanter sed et reue-  
renter suscepit et tractauit et voti compotes fecit. **I**pso  
namq; consulente iuuante et cōmunicante carthusie so-  
litudinē intrauerūt atq; exstruxerūt anno domini mil-  
lesimo octuagesimo quarto. episcopat⁹ vero dicti sancti  
hugonis quarto viderat autem p̄fatus sanctus episco-  
pus circa idem tempus per somnum in eadem solitudi-  
ne deum sue dignationi habitaculum cōstruentem sep-  
tē etiā stellas itineris sibi ducariū prestātes erāt vero hi  
septē. **Q**uapropt̄ nō istoz tm̄ s; et q̄ successerūt eis cōsi-  
lia libēter amplex⁹ est et vsq; ad mortē carthusie habita-  
tores cōsilijs semp et beneficijs fouit. licet vero et primū  
tū diuini amoris totus arderet incendijs nō aliter tñ  
ad discipline celestis exercicia eorū exēplis ac familiari-  
tate inferbuit q̄ si flāmanti quis faci plures alias circū  
ponat ardētes. **E**rat autem et cum eis non ut dñs aut

episcop<sup>o</sup> sed vt seru<sup>o</sup> z frater humilim<sup>o</sup> z ad cunctorum  
quatum in ipso erat obsequia patissim<sup>o</sup>. adeo vt vir ve-  
nerabilis wilhelm<sup>o</sup> tunc prior sancti laurētij postea sci  
thofridi abbas magistro brunoni etiam ipse religiosa  
deuotioe nō mediocriter alligat<sup>o</sup> beati hugonis cōcuber-  
nalis bini quippe tūc p̄ singulas habitabāt cellas apud  
magistr<sup>o</sup> brunonem nō leuiter cōqueret<sup>o</sup> q̄ pene omnia  
ad humilitatem spectātia intra cellulā sibi patri parer  
officia z epūs nō saltem secum vt soci<sup>o</sup> sed poti<sup>o</sup> cōuersa-  
ret<sup>o</sup> vt famul<sup>o</sup>. **I**ntantū autem heremū deuot<sup>o</sup> incolebat  
et sedul<sup>o</sup> vt eum magister bruno nōnunq̄ exire compel-  
leret dicēs. **I**te ad oues vestras eisq̄ qd̄ debet<sup>o</sup> exsoluite

### **A**liud

**R**efert doctor iacob<sup>o</sup> carthusiēsis in libro de pctis mē-  
talib<sup>o</sup> criminalib<sup>o</sup>. **D**uo frēs religiosi hōneste cōuersati-  
onis se mutuo cordialiter dilexerūt int̄ quos vn<sup>o</sup> mor-  
tu<sup>o</sup> alteri apparuit in orōne p̄cumbēti. **Q**uem viu<sup>o</sup> vi-  
dēs in vili habitu z vultu mesto inq̄siuit cur sic appare-  
ret. **R**ndit defunct<sup>o</sup> tribus vicib<sup>o</sup> dicens. **N**emo credit.  
nemo credit. nemo credit. **Q**uesiuit viu<sup>o</sup> quid esset qd̄  
nemo credit. **R**espōdit defunctus q̄s districte iudicat de-  
us z q̄s seuerē punit. **H**is dictis disparuit z viuētez fra-  
trem magno timore cōcussum dereliquit

### **A**liud

**Q**uidam rex fuit magn<sup>o</sup> z gloriosus z factū est proce-  
dēte illo in curru deaurato cum regali obsequio obui-  
asse illi duos viros attritis z sordidis indutos vestib<sup>o</sup>  
attenuatas macie z pallidas facies habētes. vt ergo rex  
vidit illos desiliēs cōfestim de curru z in terram proci-  
dēs adorauit z surgēs amplex<sup>o</sup> est eos affectuose oscu-  
lās. **M**agnates vero illi<sup>o</sup> ac p̄ceres de hoc indignati sūt  
arbitrātes eum fecisse indigna regali gloria nō tamen  
ausi in faciem illum rephēdere germano fratri ei<sup>o</sup> sug-  
gesserūt vt ei loqueret<sup>o</sup> ne tāte excellētie diademati tan

tam inferat cōtumeliam. **Q**ui cum fratri ista diceret et  
ei<sup>9</sup> humiliatiōez rep̄henderet ei rex respōsum dedit qđ  
tamē ille nō intellexit. **C**onsuetudo autem erat illi regi  
quādo sentētiā mortis cōtra aliquem dictabat p̄conē  
suū ante ianuā illi<sup>9</sup> cum tuba huic officio deputata mī-  
tere. **C**ui<sup>9</sup> voce omnes cognoscebant mortis reum esse.  
**D**espere igit̄ veniēte misit rex bucinam mortis tubici-  
nare añ ianuam fratris sui. **Q**uam cum audiss̄ ille de  
salute desperās tota nocte sua disposuit ac summo dilu-  
culo nigris et lugubrib<sup>9</sup> indutus vestib<sup>9</sup> cum vxore et fi-  
lijs pergit ad fores palacij flens et lugēs. **Q**uem rex ad  
se ingredi fecit et videns eum lugētē ait. **O** stulte et in-  
sapiens si tu sic timuisti p̄conē germani fratris tui ad-  
uersus quem te nihil deliquisse cognoscis. quō mibi rep̄-  
hensionem intulisti qz in humilitate salutavi et osculat<sup>9</sup>  
sum p̄cones dei mei sonorabili<sup>9</sup> tuba mortem mibi signi-  
ficātes et terribilē dñi occursum cui multa et magna me  
ipsum peccasse cōsciū sum. **E**cce deniqz tuam arguens  
insipiētiam isto vsus sum mō. **N**ūc vero et illoz qui te  
miserūt ad mei rep̄hensionem stulticiam arguē curabo  
et ita frēm instructum remisit domū precepit autē fieri  
de lignis quattuor arcellas et duas quidē vndiqz auro  
cooptas ossaqz mortuoz putētia mittens in eis aureis  
obserauit seris. **A**lias vero duas pice et bitumine lini-  
ens repleuit lapidib<sup>9</sup> preciosis et inestimabilib<sup>9</sup> margari-  
tis et omniū vnguentoz odoribus funiculisqz ciliciis  
astrinxit: deinde accersiri fecit rep̄hensores suos magna-  
tes scz illos et p̄ceres et posuit añ eos quattuor ipsas arcel-  
las vt estimarēt quāto quidē iste quāto vero illo precio  
sint cōdigne. **I**lli nō deauratas magni p̄cij iudicauerūt.  
**E**xpedi em̄ inquit regalia diademata poni. **Q**ue nō  
illinite pice et bitumine erāt vili quodam et exili precio  
diguas dixerūt. **R**ex autem dixit ad illos. **S**ciebam et  
ego talia vos dicturos exteriorib<sup>9</sup> enim oculis exteriori



ra cernitis. et tamē non ita oporteret facere. s; internis  
oculis intrinsec⁹ reposita expedire siue honorem siue cō  
tumeliam. Et mox p̄cepit vt aperirent arcelle deaurate  
ex quib⁹ reueratis dir⁹ fetor exalauit et fetidissim⁹ visus  
est aspect⁹. **A**it ergo rex **I**ste typ⁹ est eoz qui splendidis  
quidem et gloriofis induuntur vestibus et potentia elati  
sunt s; intrinsecus mortuis malignisq; operib⁹ referri  
sunt. Deinde picatas bituminatasq; precipiēs dissolui  
et aperiri et cunctos qui aderāt letificauit eozū que int⁹  
erāt splendore et odore. **T**ūc ait ad illos **S**citis quibus  
similia sunt ista **H**umilib⁹ illis qui vilib⁹ operti erāt ve  
stimētis quoz vos exteriorem attēdentes habitum cō  
tumeliam putatis meam añ faciem eoz in terra adora  
tionem **E**go vero intellectualib⁹ oculis reuerētiam illo  
rum et decorem cōsiderās animaz glorificat⁹ quidem eo  
rum tactu omni corona et regali vniuersa purpura p̄ci  
osiores istos existimaui **I**llos igit cōfundens docuit ne  
erraret in his que foris apparerēt s; interna attēderēt

#### **I**tem aliud ex libro apum

**M**agister symon de tornaco parisius in theologia re  
gebat. Et erat excellens doctor ille suo tempore sed con  
tra decēriam talis officij incontinens et superbus **P**ic  
cum super omnes doctores ciuitatis auditores haberet  
et in schola coram omnibus de humilitate altissime do  
ctrine christi questionem disputatione prehibita termi  
naret in fine tandem in reprobum sensum in execran  
da contra christum blasphemie verba prorupit. **T**res  
sunt inquit qui mundum sectis suis et dogmatibus sub  
iugarunt. moyses christus et machometus **M**oyse pri  
mo iudaicum populum infatuauit. **S**ecundo christus  
a suo nomine christianos. **T**ercio gentilem populum  
machometus. **M**ec mora euersis oculis scilicet pro ba  
mana voce horribilem. mugitum emisit et epilentis

statim elisus in terram die tercio eiusdem morbi mor-  
tem accepit plaga ergo insanabili percussit cum omni-  
potens et omni scientia usque ad prima litterarum elementa pri-  
uauit. sed grauiori in anima cum hac plaga percussus est.  
**L**um usque in diem mortis sue quasi mutus compatens est  
iumentis insipientibus et in luxurie feditate permansit. Et vi-  
de summe admirationis miraculum. **A**leydem fornicari-  
am concubinam suam nominare poterat et sciebat. **B**oeci-  
um vero de trinitate qui iuxta eum ad spectaculum po-  
nebat quem olim cordetenus scierat post inditam plagam  
nec nominare nouerat nec valebat. **N**on transgrediaris ergo  
terminos constitutos et piuum modum semper habitas in  
scripturis

Aliud ex libro apum

**I**uuenis quidam in theutonie partibus ex sanguine princi-  
pum plenissime generosus sed moribus et vita degener epi-  
scopatui male functus accepit. **Q**ui rapinis et luxurijs ve-  
recunde primo sed inuerecundissime postmodum operam de-  
dit. **C**astigauit autem eum dominus flagello multiplici sed  
cum abuteretur eo in superbiam dedit eum dominus in mortem  
reprobam. **Q**ua in hora venerabilis conradus deo dignus  
hildemensis episcopus ad matutinas interpeste noctis silen-  
tio surrexerat illisque dictis resederat ad studium factu-  
rus in die sermonem. **N**ec mora raptus in spiritu videtur se vi-  
sus est episcopum quendam velata facie sed infatigabiliter  
ad tribunal iudicis rapi. **D**ox assunt truci vultu satel-  
lites accusant episcopum. **U**nus in rapina alius in cede hominum atque  
alii in luxurijs lubricitatem. **T**unc iudex assessoribus suis  
ait. **A**ccusate discutite librate iudicium ferte sententiam  
nec mora assessores parati iudici ferunt in comune senten-  
tiam iudex approbat latam. **A**ccedunt ministri supra fu-  
lginem nigriores et ablata mitra de capite anulum ca-  
sulam dalmaticam ac reliqua episcopalia indumenta de-  
tracta ad pedes iudicis deponunt. nudumque relictum cum  
clamore rapiunt eiulantem et a facie iudicis trahunt ad

tartara nihil secum preter peccata portare. **Do**ctores affe-  
sores iudicis surgunt et cum cantu sonoro subiungunt.  
**D**um tempus habemus bonum ad omnes operemur. **H**is  
visis in spiritu dicitur hildemensis episcopus in se reuersus co-  
gitare cepit quisnam fuerit ille miserabilis presul. **T**um  
ecce quidam ad ostium pulsans intromissus est cum la-  
chrymis clamans talem episcopum in proxima villa ve-  
nisse de vespere et sub eadem noctis hora vespertina mor-  
te subtractum. **Q**uo audito, sanctus presul miserimo il-  
lo defuncto condoluit et licet inaniter quantum ad subue-  
tionem pro pietate tamen lachrymas amarissimas fudit.

**De cesario**

**A**nne annos paucos rome quidam cardinalis defunctus  
est nomine iordanus, qui quondam de ordine cisterciensi  
assumptus sed vita ordini in eo minime recordabatur. **E**rat  
enim auarus valde sicut a quodam abbate audiui. **H**abebat  
autem notarium quendam nomine pandolphum. **H**ic cum  
pro quodam negotio nescio quo misisset interim exspira-  
uit. **E**adem hora cum ille expleto negotio rediret ma-  
ne ante lucem cateruam miserabilem in agro contemplantus  
est. **S**edebant homines in iumentis in ore caudas habentes ver-  
sis torsis ad capita illorum. **Q**uos iordanus cardinalis cucu-  
lla induit nudis pedibus sequebatur duobus demonibus se-  
ducibus. **I**n quorum aspectu dum notarius nimis horreret  
clamauit cardinali. **P**andolphus pandolphus. **S**ubsistente  
clerico et dicente. **Q**uis es aut quid clamas? **R**espondit ille.  
**E**go sum iordanus dominus tuus et mortuus sum. **D**icente illo  
quo ducimini, ille respondit. **A**n te tribunal christi. **E**t ille.  
**N**oscis quid de vobis sit futurum? **N**on noui inquit deus scit sed  
cum illic venero beatus petrus de cardinalatu meo pro me red-  
ditus est rationem sanctus vero benedictus de cuculla quod si  
illam inde obtinere poterit saluator sin autem damnator.  
**S**icque oculis eius subtractus est.

**S**unt ibi tortores serpentibus horridiores, deformes ni-

gri sed non ad vbera pigri. nunq̄ lassantur sed semp ad  
becrenouantur

**A**briostimus q̄ amax erit in iudicio separi a visione  
dei **S**i mille mihi iehennas pponas non tantum repu  
to sicut ab illius gloriose iocunditatis societate expellet  
erosum fieri creatori

**I**tem ad demetriadem ponam? ante oculos

Auctoritates scōz de iudicio extremo

**G**regori? **P**ensate frēs carissimi añ cōspectum tāti iu  
dicis quis i illo die terror erit quāto iam in pena reme  
dium nō erit. **Q**ue illa confusio cum reatu suo exigēto  
cōtinget in cōuentu omnium hominū angelorūq̄ eru  
bescere. **Q**uis eum pauor quem ⁊ trāquillum mens cor  
pore nō valet etiā iratum videre. quem bene sophoni  
as describit dicēs. dies ire dies illa dies tribulationis et  
angustie dies calamitatis ⁊ miserie dies tenebrarum et  
caliginis. dies nebule ⁊ turbinis. dies tute ⁊ clangoris

**P**ensate fratres extremi diem iudicij sup corda repro  
borum qua asperitate ppheta vidit amarescere quē tot  
appellationib? non valet explicare

**I**tem **Q**ue mens erit hominis eterni iudicis presenti  
am non formidās. ibi em̄ tunc simul omnia peccata añ  
oculos redeūt. ibi cuncta que cum delectatiōe acta sunt  
cum pudore ad memoriam reuocant̄

**B**ernard? **E**le mihi misero cum venerit dies illa iudi  
cij ⁊ aperti fuerint libri in quibus omnes reat? mei ⁊ co  
gitationes dño pñte recitabūtur

**H**ieronym? **S**ive comedam siue bibam siue aliud quid  
faciam semper insonare videtur aurib? meis illa terribi  
lis tuba. surgite mortui venite ad iudicium. qz quoties  
diem illum cogito toto corpe cōtremisco.

**A**briostim? **D**icet autem christus damnatis **E**go pp  
rer vos homo factus sum. propter vos alligatus ⁊ illu  
sus sum ⁊ cesus sum ⁊ crucifixus sum **E**bi tantarum i

iuriarum mearum fructus. **E**cce precium sanguinis mei quem dedi pro redemptioe animarum vestrarum ubi est seruitus vestra quam pro precio sanguinis mei dedistis. Ego super gloriam meam vos habui cum essem deus apparendes homo. et viliozem me omnibus rebus vestris fecistis. Nam rem vilissimam terre amplius dilexistis quam iusticiam meam et fidem.

hospitium gaudium. nam non poterit intrare cor tuum de  
immensitate gaudiorum celestium. **S**ic dicit beatus bernardus  
in libro meditationum suarum. **I**bi totum leticia. totum ex-  
ultatio possidet. hominesque angelis sociati sine ulla car-  
nis infirmitate imperpetuum manebunt iocunditas infini-  
ta. beatitudo sempiterna in qua qui semel suscipit semp-  
teneat ibi requies a laboribus. pax ab hostibus. amenitas de  
novitate. securitas de eternitate. dulcedo et suauitas de  
dei visione. **E**t quis illic habitare vehementer non deside-  
at et propter pacem et propter amenitatem: et propter eterni-  
tatem: et propter dei visionem. **I**tem dicit alibi adhuc idem  
bernardus. **L**anta est iocunditas et suauitas illius patrie ce-  
lestis quod si non liceret ibi esse nisi per unum horum spacium om-  
nes dies huius vite pleni deliciis merito contemnerentur.  
**C**ui comparata omnis aliunde suauitas dolor est: omnis  
iocunditas meror. omne dulce amarum. omne decorum fedum  
et omne aliud quicquid delectare possit molestum cum dei  
bonitas in infinitum excedat omnem aliam bonitatem

**D** bone deus quid mihi est in celo. et a te quid volui sup  
terram cum hec omnia sunt desiderabilia sup aurum ⁊  
lapidem preciosum multum: ⁊ dulciora sup mel ⁊ fauū  
**D** quid dicem⁹ de hac patria. quid de hierusalem vrbē tā  
beata. **P**er hui⁹ enim viros sicut scribit⁹ thobie. xiiij. In  
cessanter iocūde ⁊ dulciter cantatur alla. **U**ñ ysaie. li.  
Gaudium ⁊ leticia inueniet⁹ in ea. gratiarū actio ⁊ vox  
laudis in templo ei⁹ omnes dicēt gloriā. **E**t vere me  
rito vox exultatiōis ⁊ salutis resonet in tabernacul⁹ iu  
storū. **N**am in ciuitate domini ibi sonāt iugiter organa  
sanctorū qui tribulationum ⁊ penarū laborumq; ⁊ omni  
um miseriarum penit⁹ iam oblici perfruūtur ⁊ iubilo  
celesti. **D** q̄ letabūde. q̄ suauiter ⁊ preclare tūc canet⁹  
**D** lasol: qui in gama vt fleuit ⁊ are. **D**e hac ciuitate loq  
tur adhuc bernard⁹ in libro de meditationib⁹ **D** ciuitas  
celestis: māsiō securā. patria totum cōtinēs qd̄ delectat  
ibi incole quietis popul⁹ sine murmure. q̄ glorioza deā  
sunt de te ciuitas dei sicut letārium omnium habitatio  
est in te ibi. **P**ax. pietas. bonitas. lux. virt⁹. splendor. bo  
nestas. **G**loria. laus. requies. amor ⁊ concordia dulcis.  
**G**audium. leticia. dulcedo. vita perhēnis. **D**e hoc autem  
perhēni vita certi erūt ⁊ securi q̄ nunq; imppetuū erit  
amittēda. **Y**sa. xxxij. **S**ecuritas erit vsq; in sempiternū  
**I**tem ezechi. xxxiiij. **H**abitabūt cōfidenter absq; vllō ti  
more. **E**t puer. i. **Q**ui me audierit absq; terroze. requie  
scent ⁊ abundātia p̄fruet⁹ maloz timore sublato **U**ñ au  
gustin⁹ **B**eatitudinem omnium bonoz celestium perfī  
cit securitas eterna que si sola deesset omnia bona cele  
stia quātumcūq; dulcia vanescerēt ⁊ vilescerēt ex timo  
re amittēdi. **E**t ergo assecurāto dicit domin⁹ iohā. viij.  
**G**audium vestrum nemo tollet a vobis **D** dom⁹ dei. ci  
uitas regis magni q̄ innumerabilia. quā grādia ⁊ eter  
nalia sunt cuncta tua gaudia. q̄ multe tue leticie: q̄ feli  
ces tui incole. **E**tere vcre. **B**eati qui habitant in domo

tua domine: nam in secula seculorum laudabunt te. Quis enim ignorat compos mentis sue. quod ceteris in excelsis te laudat celicis omnis. Huius autem leticie seu celestis glorie perpetuitas indeficiens ex hoc perpetuitur quia oliue comparatur. Unde osee. xiiij. **E**rit quasi oliua gloria eius. Oliua enim indeficienter tam in hyeme quam in estate semper virescit. Et ideo indefectibilem eternam istius glorie permanentiam designat. que ex diuturnitate non deficit sed magis innovatur. De hac eterna gloria sic dicit chrisostomus in libro de reparatione lapsi. **Q**ue erit voluptas que leticia est cum christo cum anima ad propriam generositatem regressa cum fiducia iam ceperit dominum suum videre. Explicari non potest illius leticie magnitudo. Non enim solum pro his exultat quibus perfruitur tunc in presenti. Sed multo magis pro eo gaudet quod bonorum suorum scit nullum finem futurum. Et quis erit particeps tantae glorie sine fine permansure. Certe gloria haec est omnibus sanctis suis. Nam sancti exultabunt in gloria letabuntur in cubilibus suis. **U**n qui christi vestigia secuti fuerunt in terris cum ipso regnabunt in gloria et honore coronati eternaliter in celis. **Q**uod dilecte mihi quam ineffabiliter tunc gaudebis si ad illa gaudia in eterna gloria fueris translatus. **T**unc utique dices exclamando illud ysaie. lxi. **G**audens gaudebo in domino et exultabit anima mea in deo meo. quia induit me vestimentis salutis. **V**erissime sicut scribitur iob. xxij. **T**unc super omnipotentem deliciis affluens. et eleuabis ad deum faciem tuam. et in visis tuis lumen splendet. **D**e quo habetur ecclesiastici. xi. **D**ulce lumen et delectabile est videre solem id est christum. quem cognoscere et intueri excellit omne gaudium huius mundi. **N**ec mirum quia eius visio et noticia est sanctorum gloria et vita sempiterna. **U**nde iohannis. xvij. **H**ec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti iesum christum. **Q**ui ad cognitionem hanc peruenerit

ipsum deum facie ad faciem videbit. et cognoscat eum sicuti est secundum esse diuinum quod erit gaudium excellentissimum: fons et origo omnium gaudiorum. Hinc est quod bernardus dicit in sermone. Reuera illud est verum et summum gaudium quod non de creatura: sed de creatore concipitur quod utique fiet quando tibi faciem suam ostenderit. Et ergo propheta exoptando dicit. Faciem tuam domine requiram faciem inquam gratiosam omnibus gaudiis plenam. Deum mihi quia incolatus meus prolongatus est quod diu carebo tanto bono et usquequo sic subtrahor a deo saluatore meo. Fuerunt mihi lacryme mee panes die ac nocte dum dicit mihi cotidie ubi est deus tuus. Quando videbo et apparebo ante faciem dei mei que letificat me in gaudio cum vultu tuo. Vere hec visio qua de facie ad faciem videtur tertium celum est. Et si dici potest paradysus est centum milium paradysorum. Ubi ex fonte limpidissimo et ex aqua viua sic vita labitur beata. Hinc est quod scribitur ysa. lx. Tunc videbis super faciem dei et affluens deliciis et gaudiis sempiternis et mirabitur et dilatabitur cor tuum. Dominus bonus israel deus vobis que recto sunt corde que tot et tanta gaudia ipsis quasi gratis vult conferre. O amice predilecte. Illa lites audis et ad hec pia gaudia gaudes. Non tamen ignores per magnos ista labores. Sanctis acquiri nec fortuito reperiri. Unde gregorius in omelia Delectat mentem magnitudo premiorum sed non deterreat certamen laborum. Ad magna enim premia perueniri non potest nisi per magnos labores. Unde paulus egregius predicator dicit. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit: unusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Sed plerique sunt qui nolentes bene vivere: tamen desiderant bene mori. Sciunt enim quod preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius. Etiamque cognoscunt quod cum dederit delectis suis somnum. ecce hereditas domini filij etc. Similiter et ipsi sciunt quod beati qui in domino moriuntur volunt esse participes cum eis quibus do-

minus dixit. **N**os estis qui permāsistis mecum in tēp  
tationib⁹ ⁊ tribulationib⁹. **N**olunt regnare cū christo:  
s; nolūt secum pati. **T**alis erat balaam ariolus qui cō  
siderās castra filioꝝ israhel. ⁊ intelligēs eterne beatitu  
diuis pmissionem eis a domino factam dicebat. **M**oria  
tur anima mea morte iustoz ⁊ fiant nouissima mea ho  
rum similia. **F**inem eoz appetēs gloriosum. sed labores  
abhorrebat quib⁹ gloria mercha. **P** bone iesu volum⁹ ti  
bi omnes conregnare: nolumus autem compati ⁊ tecū  
laborare. **T**u elegisti paup̄tates ⁊ miserias. nos nō vo  
luptates ⁊ delicias. **T**u qđ carni asperius: nos autem  
quod cōmodosius. **E**n̄ teruad⁹. **M**ascit⁹ dei fili⁹ in cui⁹  
arbitrio erat quodcūq; vellet eligē tempus elegit quod  
carni est molestius. p̄sertim paruulo ⁊ pauperis m̄ris  
filio. que vix p̄anos haberet ad inuoluēdum presepe ad  
reclinādum ⁊ cum tanta esset necessitas nullam audio  
fieri pellium mentionem. **C**hrist⁹ itaq; qui nō fallit ele  
git quod carni molestius est. id igitur melius. id vtili⁹.  
et id potius ē eligēdum. **E**t quisquis aliud suaserit vel  
docuerit: ab eo tanq̄ a seductore est cauendum. **I**pse ere  
nim fratres est promissus olim per ysaiam p̄phetam.  
**P** paruulus sciens reprobare malum ⁊ eligere bonum.  
**M**alum igitur voluptas corporis: bonus vero afflictio  
eiusdem est. siquidem ⁊ hanc elegit: et illam reprobauit  
puer sapiens verbum sanctum. **H**ec omnia bernardus.  
**O** dilecte puer tu ab inicio elegisti afflictiones corpora  
les ⁊ patiento voluisti intrare gloriam tibi propriam:  
sed nos in delicijs viuendo volumus intrare gloriam  
alienam. **O** q̄ stulti sumus ⁊ tardi corde ad credendū:  
volumus hic gaudere cum seculo: et postea regnare cū  
christo. **D**ominus nudus ingredit⁹: seruus supfluitate  
vestium auri ⁊ gemmarū onustus introibit. **I**lle ieiun  
nus: iste crapula ⁊ luxuria plenus. ille in cruce pro isto  
moriens: iste pro illo in lecto delicate dormiens.

**Q**uod dominus non fecit. faciet hoc seruus? certe non nec  
etiam videtur consonum rationi. **A**udi quod loquitur poeta In  
cruce sudavit dominus seruus ne quiescet. **T**olle tuam: tulit ipse  
suam gustavit acetum. facit idem non maior erit reueren-  
tia serui quam domini. **S**i vis esse suus secutor oportet tormen-  
ta tormētis sequi non itur ad astra delicijs. **I**deo mortem  
quam solue debet nature pro solue deo moriaris in illo. **N**on  
pe moras. igitur impone silentia carni. **D**elicias suspende tu-  
as et curras ad arma. prompta manus plagasque moras di-  
lata voluptas. **M**am sicut dicit hieronymus in epistola ad iulianum.  
**D**ifficile imo impossibile est ut et presentibus quis fruatur bo-  
nis et futuris ut hic ventrem et ibi mentem repleat. et de  
delicijs ad delicias transeat et in utroque seculo primus sit et  
in terra et in celo appareat gloriosus. **I**tem dicit idem in  
alio loco. **I**mpossibile est delicijs affluere et christum sequi  
natura denegat ut contraria misceantur. **N**on possumus deo  
seruire et mamone: aut ego fallor aut ipsi in fine decipi-  
entur qui mihi modo non credunt: credent cum diuitie sue tran-  
sierant in egestatem. diues epulabatur quotidie splendide:  
hic induitur purpura et bisso sed mortuus quod moysi noluit  
credere. postea in tormētis positus sensit. **I**stud etiam in-  
uenerunt videtur beatus bernardus in colloquio. **S**imonis petri et  
iesu ubi taliter inquit. **A**bramam ait diuiti epuloni. **T**u re-  
cepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala. nunc autem  
consolatur: tu vero cruciarius. **Q**uid dicemus ad hoc? **S**i talis  
est finis et tale iudicium ubi extrema gaudij luctus occu-  
pat. nunquam preferenda sunt in hoc seculo mala bonis. quip-  
pe nec illa vera bona. sed ista vera potius salomonis senten-  
tia. melius est ire ad domum luctus quam ad domum conui-  
uij. **C**eterum si sic cruciandi sunt qui in vita sua bona rece-  
perunt: et habentibus consolationem presentem ve impositum est  
sempiternum. quisnam eorum poterit esse finis si secundum  
multitudinem consolationum suarum dolores apprehen-  
derint animas miserorum? **C**onsequens enim videtur ut bo-



na omnia ⁊ omnem seculi hui⁹ recipientis cōsolationem  
nihilomin⁹ vniuersum ve ⁊ vniuersi maneāt cruciatus  
**A**ruero illud eque ⁊ eadem abrahe sentētia conijciendū  
videt. **O**mnes qui contrario ductu spū vite pñtis om-  
nia bona respuūt ⁊ mala eligūt omnia bona dñi ⁊ ōnez  
habitueros cōsolationem. **H**ec omnia bernardus vbi su-  
pra. **R**enuat ergo cōsolaria anima tua in hoc mundo in  
hac lachrymarū valle. in terra laboris ⁊ miserie. **N**ā vs  
omnib⁹ qui hic recipiunt cōsolationem suam. **C**ōtemne  
trāsitoria: fugeq; delicias ⁊ gaudia mundana. **T**ibi em̄  
absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi. **U**nde  
petr⁹ blesensis. sup iob ad regem anglie ita dicit. **P**utasne  
aliquis in pñti vita gaudeat ⁊ futura. si tamen gaudiū  
debeat dici qđ turbat assidue ⁊ respergit amaritudie pñ-  
ti. nimis delicat⁹ es. si vtramq; psumis: vti seculo ⁊ frui  
christo pñtis mundi delicias cape: ⁊ nihilomin⁹ celestis  
glorie diuitias obtinere. **A**udi qđ dictum sit illi diuiti i  
euāgelio qui cruciabat in flamma: ⁊ lingue ardentis re-  
frigerium postulabat. **F**ili recordare qđ recepisti bona in  
vita tua: ⁊ lazar⁹ similiter mala. **H**ic igit̄ consolā: tu ve-  
ro cruciaris. **D** qđ dissimile premiū merito possum⁹ res-  
putare insanos sanctissimos reges ac pphetas. aposto-  
los. martyres. cōfessores teneros ac delicatas vrgines: q  
omnes spretis diuitijs ac cōculcatis delicijs hui⁹ mūdi  
seipos p christo tribulationibus ⁊ morti obtulerūt: si  
gloriam ⁊ honorem quam adepti sunt in angustia ⁊ do-  
lore potuissent in voluptatib⁹ ⁊ delicijs obtinuisse. **H**ec  
ille **P**etr⁹ blesensis. **V**ere frater vere quicqđ dicat fir-  
miter hec tene qđ celum nō aliter scandes: nisi quod do-  
cuere apostoli teneas ore. morib⁹ ⁊ fide. **E**t quid docue-  
rūt illi. **N**ōne sobrie ⁊ iuste viuere. humilitatem ⁊ pa-  
ciciam. caritatem ⁊ constāciam ac ceteras virtutes to-  
tis viribus obtinere. mundum ⁊ que mundi sunt despi-  
ere. diuitias ⁊ delicias fugere. penitentiam agere. in tri-

bulationib<sup>9</sup> ⁊ miserijs letari et gaudere. Tu quoq<sup>3</sup> fac  
simile ⁊ viues. esto quoq<sup>3</sup> forti animo in omnibus labo  
ribus angustijs ⁊ penis In proximo enim est q<sup>d</sup> a domi  
no cureris. labora fortiter sicut bonus miles christi. Et  
ne cogites intra te metipsum aliquando sic dicens Dul  
tus ⁊ immensus est labor meus: ego autem sum mini  
mus ⁊ infirmus valde: nec valeo hoc proposito finali  
ter perseverare. Audi verba Hieronymi in epistola sic  
dicentis. Nullus labor durus: nullum tempus longum  
videri debet quo eternitatis gloria acquiritur. Unde  
chrisostomus super matthxum. Si quis viam laborio  
sam existimat sue desidie est accusator. Si enim mina  
ces pelagi fluctus nautis. si tempestates atq<sup>3</sup> hyemis a  
gricolis si vulnera cedeseq<sup>3</sup> militibus. si grauissimi ictus  
plageq<sup>3</sup> pugilibus leues videntur ⁊ tolerabiles propter  
spem temporalium ⁊ pretereuntium comodorum: mul  
tomagis cum celum preparat in premium: nihil ex pre  
sentibus asperitatibus debeat sentire. ac maxime labo  
res mitigat in benignum venire finem. Ne aspicias q<sup>d</sup>  
via est aspera: sed quo ducit. ⁊ aliam quia lata est: s<sup>3</sup> vbi  
desinit. Certe iam video q<sup>d</sup> dormientibus non prouenit  
regnum dei: nec ocio vel desidia torpentibus beatitudo  
eternitatis ingeritur. Unde dicit leo papa in sermone  
sed sicut scribit<sup>r</sup> marhei. xi. Regnum celorum vim pati  
tur ⁊ violenti capiunt illud. Un<sup>9</sup> quidam. De regno celi  
non credit mente fideli. Insipiens ⁊ exes s<sup>3</sup> tu bene crede  
dehes. Christo dicenti rapiunt illud violenti. Scilicet au  
steri se castigato seueri. Molliam spernentes ⁊ carni vim  
facientes. Item sup hoc dicit alius poeta. Asper erit vi  
ctus asper labor asper amictus. Aspera cuncta tibi si vis  
sup ethera scribi. Ecce iam patet manifeste q<sup>d</sup> sicut scri  
bitur Actuum. xiiij. Per multas tribulationes oportet  
nos intrare regnum celorum. Qu<sup>3</sup> bene attendebat hoc  
beat<sup>9</sup> augustinus. q<sup>d</sup> non nisi tormētis itur ad astra dei

Unde dicitur **Q**uod anima mea si quotidie oportet nos tormē  
ta pferre: si ipsam iehēnam lōgo tēpore tolerare: ut chri  
stum in sua gloria vidē possem⁹ ⁊ sanctis ei⁹ sociari. **N**ō  
ne ergo modo dignum est pati omne criste: ut tāti boni  
tātēq; glorie participes habeamur. **I**nsidiētur ergo **d**e  
mones: parēt suas temptatiōes. frangāt corp⁹ ieiunia.  
premānt vestimēta cilicina. labores grauēt. vigilie exci  
cēt. inclamet me iste in⁹ quietet me. ille vel ille frig⁹ con  
trahat calor adurat. caput doleat. pect⁹ areat. inflet⁹ sto  
machus. palleſcat vult⁹. infirmetur homo tot⁹. deficiat  
in dolore vita mea: ⁊ anima in gemitib⁹. **I**ngrediat⁹ pu  
treto in ossib⁹ meis: subter me ſcateat ut requiescam in  
die tribulationis ⁊ ascēdam ad populum accinctū no  
strum. **I**tem petr⁹ blesensis. **F**atiscāt membra mea vigi  
lijs. extenuētur ieiunijs. labore frangantur. liqueſcāt in  
lachrymis oculi. imo si totum cerebr⁹ ⁊ medulle corpis  
in fletum effluāt: nō sunt tamē cōdigne passiōes hui⁹  
temporis ad futuram gloriam que reuelabit⁹ in nobis.  
**S**i sciret homo quid ⁊ ipse et quid de⁹ esset: mille pati  
mortes credēt esse nihil. **E**cce que ⁊ quāta sunt hilaritē  
pro deo sustinēda. libēter ergo sustine ⁊ gaudēter patia  
re. **E**xemplum accipe in latronib⁹ ⁊ maleficis ad mortē  
diudicatis qui gauderēt si p absidēda auricula possēt  
evadere mortem anime ⁊ acquirē gloriam eternalem.  
**U**n̄ ecclesiastici. vi. **E**xiguū laborabis ecce penitentie  
paruitas ⁊ cito edes de generationib⁹ illius videlicet de  
fructib⁹ glorie qui generātur ex labore penitētie. **I**tem  
sapiētie. iij. **I**n paucis vexati ecce laboris exiguitas: in  
multis bene disponētur. **E**cce magna remuneratio ⁊ p  
miam que exinde sequūtur. **U**n̄ beatus effrem. **S**i in  
quit modic⁹ est labor institutiōis nostre fratres carissio  
mi ⁊ magna est requies: parui temporis afflictio. sed re  
tributio eius videlicet delicia paradisi ⁊ exultatio et le  
ticia in seculum seculi permanebūt. **I**deo dicit sapiens

ecclesiastici ultimo. **V**idete oculis vestris quia modicum laboravi et inveni mihi multam requiem. Et sic clare patet quod brevis est iste labor: et premia multa laborum. **F**ac ergo libenter atque voluntarie immortalis futurus pro vita perpetue duratura que gratanter faceret homo moriturus pro temporali vita ad modicum differenda. **E**t ergo finaliter concludendo patet aliquantulum ex superius allegatis quod hec nouissima videlicet mors. iudicium iehenna et gloria omnes qui continuam et iugem habent eorum memoriam valde et multipliciter renocant a peccatis. **S**ed pauci ista ponderant et rarissime ea cogitant seu considerant. omnes putant diu viuere et in senecta uberi penitere. iudicem placare infernum fugere. et sic celestem gloriam in delicijs viuendo et ocijs acquirere tandem et eternaliter possidere. **N**on sic impij non sic hoc argumentum non concludit: immo fallit et illud prout satis lucide patet per predicta. **E**t igitur omnes seducimini et nisi penitentiam egeritis simul peribitis: et moriemini in peccatis. **U**nde scribitur ecclesiastici. ij. **S**i penitentiam non egerimus. incidemus in manus dei et non in manus hominum. **S**ed pro cholor quis penitet. quis peccata deflet. quis subuenit pauperi. quis miseretur inopi. quis compatitur miseris quis cogitat de futuris. **P**enitus nemo. nam fere tota generatio praua est atque peruersa que non direxit cor suum in bonum. immo potius in malum. **O**mnes terrena sapiunt et que sua sunt querunt. non que iesu christi. **M**unera diligunt virtutes fugiunt. et sicut iumenta in stercorebus. sic et ipsi in peccatis multiplicibus miserabiliter computrescunt. **C**orrupti sunt abominabiles facti sunt iniquitatibus suis. **I**am dominus de celo prospexit super filios hominum. ut videat si est intelligens aut requirens bonum. **S**ed omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. nec est qui faciat bonum: vix etiam vsque ad vnum.

Ecce iam impletum est tempus. iam aduenit miserabilis ille mundi status. de quo Michae. vii ita prophetatur. Perijt sanctus de terra et rectus in hominibus non est. Omnes enim in sanguine insidiantur. vir fratrem suum venatur ad mortem. malum manu suarum dicunt bonum. Qui optimus est in eis quasi psalmus. et qui rectus quasi spina de sepi. Quid plura? Nolunt scire et intelligere ut bene agant. nec oculos aperire ut clare videant: sic excecavit eos malicia ipsorum. O stulta malicia. o mala stulticia voluntarie vitam fugere. mortem diligere. spernere bonum. agere malum. deumque contemnere: et demoni obedire. Carissime cur proprium caput ense secas? Cur sponte catenas demonis incurris? Cur sua iussa facis? Exurge exurge euigila et vide. Relinque diabolum fuge demonem. ne postea cum ipsis eternaliter contemneris. Miror et ammior quod homo qui praeter ceteris est creatura rationalis in nullo quasi sequitur iudicium rationis spernens salubria. affectans noxia. quaerens et desiderans mortifera et nociva. O deus eterneque causa talis dementie. que ratio tante fatuitatis et insanie. Cur anima mortem tam prono corde requirit. Cur sibi quod tollit vivere captat homo. Mere vere gens absque consilio est et sine prudentia. Ne utinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.

Finis Quattuor nouissima

Sequuntur Exempla De gaudio regni celorum.

**U**idi in b̄tab̄acia mulierem diuitem ⁊ honestam posses-  
sam a demonio. **Q**uam cum rogāte presbytero religio-  
so visitarem inuenim⁹ eam a vexatione demonis quies-  
centem ⁊ sensate loquētem vt sanam. **T**ūc occulte ne-  
mine aduertēte versum cantici moysi in deutronomio  
sc̄dm q̄ olim a sancto quodam vno audieram tercio re-  
petiui ad puocandum demonem in obsessa. **D**eum qui  
te genuit dereliquisti ⁊ oblitus es domini creatoris tui.  
**N**ec mora mulier pallere cepit labijs atq; vultu et due  
vene in collo ei⁹ ad grossiciem pollicis intumescē. **T**ūc  
ego inquit quare pessime vexare feminam p̄sumpsisti.  
**M**ortuo iquit viro suo compassa, in subsidium illi⁹ ani-  
me cōtulit quicquid boni fecerat in hac vita. ⁊ ex hoc na-  
cta occasione vas vacuū mox intraui. **C**ui ego **D**entis-  
ris miserrime ex hoc em̄ quod dedit mediante charitate  
tumulatum est bonum ei⁹. **E**t ille cum cachinno **D**en-  
dar inquit sum nec mirum si mētior. **M**ox ego **E**st ne il-  
la tam pulchra sicut dicūt celestis patria quam perdidisti.  
**E**t respōdit **I**n infinitum pulchrior q̄ dicat. **E**t ego  
velles ne redire ad illam patriam si posses. **E**t ille **U**el-  
lem inquit q̄ possem vsq; ad diem iudicij omnia excogi-  
tata supplicia sustinere. **C**ui dixi **E**t ego p̄mitto tibi in-  
periculum salutis mee promisse si mendax inueniar il-  
lam perditam gloriam recuperare te posse si tātum hęc  
dixeris. **D**omine deus meus peccaui ignosce mihi. **E**t  
mox ille contorto collo exclamauit honorifice. **D**omine  
domine **E**t mox hoc sepius cum clamore valido persona-  
ret nec vltra in verbis procederetur. **I**mpossibile enim  
sciebam illi vt deum suum dominum recognosceret ⁊ se  
fateret peccasse atq; sibi precaretur ignosci tandem sub-  
iunxit. **D**omine deus margarete sic em̄ obsessa mulier  
vocabatur deū recognoscere dominum suū indignat⁹.

Tunc ego ad illum **Q** infelicissime omnium creatura  
rum superbia elisit te ⁊ de celo depulit te redire in expia  
bilis superbia non permittit Nec mora confusus ob  
mutuit. Et post paucos dies non tamen tunc feminā  
dereliquit

**A**liud ex dialogo gregoriij

In tudertina vrbe in qua fortunat⁹ vir dei erat episco  
pus Marcellus quidam bone actionis vir cum duabus  
sororibus suis habitauit. Qui eueniente molestia corpo  
ris ipso sacratissimo vesperscente iam sabbato pascha  
li defunctus est Cuius corpus cum longius esset effere  
dum die eodem sepeliri non potuit. Cumq; mora esset  
temporis ad explendum debitum sepulture sorores eius  
morte illius afflicte cucurrerūt flentes ad fortunatum  
venerabilem eiq; magnis vocib⁹ clamare ceperūt. Sci  
mus q; apostolorum vitam tenes leprosos mundas ces  
cos illuminas. veni ⁊ resuscita mortuū nostrum. Qui  
mox vt cognouit fratrem earum defunctum flere etiaz  
cepit ipse de morte ipsius eisq; respondit dicens. Recel  
dite ⁊ hoc dicere nolite quia iussio omnipotentis dei est  
cui contraire null⁹ hominum potest Illis itaq; disceden  
tib⁹ tristis ex morte illius mansit episcop⁹. Subsequēti  
autem die dominico ante exurgētis lucis crepusculum  
vocatis duob⁹ diaconibus suis perrexit ad domum de  
functi accessit ad locum vbi iacebat corp⁹ examine ibiq;  
se in orationem tedit. Expleta autem prece surrexit et  
iuxta corp⁹ defuncti sedit. Nō autem grādi voce defun  
ctum per nomen vocauit dicens Frater marcelle veni.  
Ille autem acsi leniter dormiēs ad vicinam vocem quā  
uis modica fuisset excitatus statim aperuit oculos atq;  
ad episcopum respiciēs dixit **Q**uid fecisti o quid feci  
sti. Cui episcop⁹ respondit dicens. Quid feci fili. At ille  
ait. Duo hesternā die venerūt qui me eijciētes ex corpe  
in bonum locum duxerūt Hodie autem vn⁹ missus est

nuncius qui dixit **R**educite eum quia fortunat<sup>9</sup> episco-  
pus in domū illius venit. Quibus verbis expletis mox  
ex infirmitate cōualuit et in hac vita diuici<sup>9</sup> māsit. Nec  
tamē credēdum est quia locum quem accepat pdidit qz  
dubium nō est qd intercessoris sui precibus potuit post  
mortem meli<sup>9</sup> viuere qui ante mortem studuit omnipo-  
tenti deo placere.

**De vita scī Francisci.**

**Q**uidam iuuenis valde nobilis ac delicat<sup>9</sup> venit ad ori-  
dinez sancti frācisai qui induit<sup>9</sup> habitu fratrum post ali-  
quot dies diabolo instigāte cepit habere intrāta ab omnia-  
tione habitum quem gerebat qd videbat sibi portare sac-  
cum vilissimum et ppter ea hōrebat manicas abominat<sup>9</sup>  
bat capucium et ipsam longitudinem tunice et ei<sup>9</sup> asperi-  
tatem tanqz importabilem estimabat. **A**n̄te factum est  
qd crescēte religionis fastidio deliberauit penit<sup>9</sup> reijcere  
habitum et redire ad seculum. **M**agister autem ei<sup>9</sup> docu-  
erat eum qd quādo añ altare cōuent<sup>9</sup> trāsiret in quo ser-  
uabat<sup>9</sup> sanctissimū christi corp<sup>9</sup> cum magna reuerentia  
genib<sup>9</sup> flexis et discoopto capite et cancellatis manibus  
deuote inclinaret. **A**ccidit autem illa nocte qd deliberane-  
rat dimitte habitum et redire ad seculum qd oportebat  
eū ante altare trāsire vbi sicut cōsueuerat genua flexit  
et statim fuit capt<sup>9</sup> in spū et ostēsa sibi fuit mirabilis vi-  
sio. **N**am vidit quasi multitudinē infinitam coram eo  
processionalit<sup>9</sup> transeūtem. omnes vero qui in illa pces-  
sione beata erāt bini incedebāt. **E**t erāt vestiti ornatissi-  
mis et p̄ciosissimis diasperis. **F**acies autem eorum et ma-  
nus et quicquid apparebat de corpore sole splendor ra-  
diabat et ibāt cum cantu et iubilo angeloz solemnissime  
et dulcissime decantādo. **I**nter quos duo nobiliores ce-  
teris incedebāt tanta claritate velati qd mirādum stupo-  
rem aspicientibus ingerebāt. **E**t qd circa finem processio-  
nis predictae vidit etiam quēdam tanta gloria decora-  
tum qd videbatur quasi nou<sup>9</sup> miles ab omnibus singul



lariter honorari **D**icitur autem Iuuenis hoc videns mira  
bat valde et nesciebat quid hoc esset. nec interrogare tra  
sentes audebat nec poterat nimia dulcedine stupefactus  
**S**ed cum processio pertransisset et ipse adhuc videns ex  
tremos relumens audaciam cucurrit ad illos et interro  
gans dixit **D**echarissimi rogo vos quod dicere placeat qui  
sunt isti tam admirabiles quos continet hec veneranda pro  
cessio **I**lli vero conuertentes ad eum splendidissimas fa  
cies dixerunt. **N**es omnes sumus fratres minores. qui  
modo venimus de paradiso **E**t ille rursus interrogans  
**Q**ui sunt illi duo qui tantum excellenter inter alios ru  
tilant **R**esponderunt **I**lli duo ceteris clariores sunt san  
ctus franciscus et frater anthonius **I**lle autem ultimus tan  
tum honoratus est quidam sanctus frater nouiter mortuus.  
quem quia valenter contra temptaciones pugnavit et us  
que in finem perseveravit in sancto proposito ad gaudia eter  
ni regni cum gloria et triumpho perducimus. non solum  
comitantibus sanctis sed etiam letantibus angelis **I**sta ve  
ro vestimenta diasperi que nos tam decora portauimus  
data sunt nobis propter asperas tunicas quas in religione  
patienter detulimus et glorie claritas quam tu vides da  
ta est nobis a deo propter humilem pacientiam quam feci  
mus et propter sanctam paupertatem et obedientiam et casti  
tatem mundissimam quam usque in finem hilariter ser  
uauimus unde fili non sit tibi durum saccum religionis  
tam fructiferum deportare quia si in sacco francisci amo  
re domini nostri iesu christi mundum spernendo carnem  
mortificando et contra diabolum dimicando viriliter te ha  
bueris nobiscum simili veste fulgebis. **E**t his dictis Iu  
uenis ad se rediit et confortatus ex ipsa visione omnem  
temptationem abiicit culpam coram gardiano et alijs  
fratribus recognouit asperitatem penitentie. et indumit  
ti ut diuitias de cetero percipuit. **E**t sic immutatus in me  
lius in sancta vita finivit

**Aliud**

**A**nno dñi. M. cccc. iij. Quidam clericus de vendepera cum  
studeret in scholis apud lugdunum vidit in visione no  
ctis vallem quādam sub quodam monte sup quem ciui  
tas quedam pulcherrima sita erat cuius aspectus nimum  
delectabat intuentes ita vt quisquis eam videret de aspe  
ctu illius faciri non posset et omnibus modis laborauit quo  
modo ad eam peruenire valeret. **I**nterea vidit fluuium  
quendam sub pede montis inimo circa pedem currentem  
quemdam circuiret querens artem quomodo eum trans  
mearet. vidit sup ripam fluminis duodecim lauantes in  
flumine tunicas suas. **I**nter quas erat quidam veste ca  
didissima induit mulcum alijs dissimilis qui adiuuabat  
illos in tunicarum suarum ablutione qui postquam inue  
rat vnum ibat postea adiuuare alium. **T**unc clericus qui  
hoc videbat accessit ad illum qui ceteros adiuuabat et di  
xit. **Q**ue gens estis vos. **Q**ui ait. **I**sti paupes homines  
sunt penitentiam agentes. et se a peccatis suis lauantes.  
et ego filius dei. **J**esus christus sine cuius auxilio nec isti  
nec alij possunt benefacere. **C**iuitas haec pulchra quam vi  
des paradysus est vbi ego maneo et quando quis tunicam  
suam lauerit id est penitentiam peregerit in illam intra  
bit. **C**urpem satis diu quesisti viam qua itur ad illam  
sed nulla alia via quam ista ducit ad eam. **H**is dictis clericus  
a somno euigilauit et mirari cepit de visione. **Q**uod non  
multo post redisset de schola in patriam suam narrauit  
episcopo cabilonensi visionem hanc cui familiaris erat.  
**Q**ua audita episcopus suasic ei vt seculum relinqueret et  
religionem intraret comendans ei sup omnes ordines  
nouellum illum ordinem cisterciensem. **I**lle venit cister  
cium et inuenit locum incultum et desertum et fratres in  
ter bestias comorantes. **A**d portam vero monasterij que  
de vimine facta erat pendeat malleus ferreus cuius so  
nitu ad portam portari compellabatur ab introire volen

tibus. Hoc vero sonitu portarius vocatus venit ad eum  
foras et inclinans se ad eum salutavit eum. Quem cleri-  
cus intuens cognovit statim se eundem vidisse inter eos  
qui tunicas suas in flumine lauabant. Rogavitque eum  
ut ad se adduceret abbatem. Abbas igitur et totus con-  
uentus venit ad eum et recognovit clericus omnes se vi-  
disse tunicas suas in flumine lauantes. Statimque ceci-  
dit ad abbatis pedes rogans eum cum lacrymis ut su-  
sciperet. Qui susceptus non multo post factusque est prior.

### Et cesario aliud.

Egrotabat in hammerode cenobio sacerdos ysenbrans  
dus nomine custos ecclesie plus quam tricesimum annum agens  
in ordine et ad extrema perductus est. Media nocte cum  
super eum ministroz vigilaret diligentia audierunt eum  
leui susurro verba sonare. Timentesque ne morti proximus  
aliena loqueretur ori loquentis aure adhibita intellexerunt  
verba sublimia edificationis plena de gloria celesti et in-  
enarrabili leticia sanctorum. Dignum ergo indicantes tes-  
tem his idoneum adhiberi nunciaverunt hec abbati qui  
et ipse gravi laborabat infirmitate. Vocatus abbas affu-  
it. Interim cecinit horologium et occasioe sumpta sic fa-  
ri cepit. Quod quam suavem noctem exegi quam delectabile horolo-  
gio operam dedi quam dulces et suaves concentus audiui cho-  
ris in celo psallentium interfui. Quod quam concorditer et delecta-  
biliter psallebant. In nostro cantu solet esse dissonantia  
tedium lassitudo. ibi longe aliter est. In unam omnes con-  
veniunt melodiam super omne quod delectat dulciorem.  
Infatigabiles laudare non cessant et quanto plus laudant  
tanto plus crescit amor laudandi. et mirabili atque ineffa-  
bili modo hoc puenit. in usum gratissime quietis quod nun-  
quam vacat a laude creatoris. Ibi qui magis hic humilitati  
sunt mediocribus vel minimis potenti gloriose exultant  
abundantiorum recipientes consolationem faciem splen-  
didissimam statura celsi veste gloriosi.

riter cōuersatus sum ⁊ amico reffectus colloquio. **T**ā  
ta gloria vestium delectatus sollicitē querebam si talē  
ego habiturus essem ⁊ dixerunt. **Q**ui viuit irreprehen  
sibiliter talem vestem sperare potest. **S**i vero viciū  
latuerit in p̄uersatione macula apparebit in veste. **C**ul  
pa enim vite maculam facit in veste. **I**mmaculat⁹ ergo  
merebitur habere vestem qui se a maculis seruat immu  
nem. **E**t dixi. **Q**ue sunt macule. **E**t illi. **D**urmutatio  
detractio. inuidia. negligētia ⁊ quicquid sinceritatē cor  
dis maculat ⁊ confundit. **Q**ui talia agunt in gloria ve  
stis maculam ponunt. **T**u vero p̄ multis laborib⁹ ⁊ vi  
te honestate similem sortieris vestem. **H**is dictis fauci  
bus arefactis viribusq; exhaustis defecit loquens post  
modicum instillata refocillat⁹ aqua resumptoq; spiritu  
ad loquendum se parans spem fecit auditoribus ⁊ ait.  
**U**tinam differret me dominus vsq; dum cōpleto ope  
re dei dñis nostris loqui possem. **D** q̄ leti uuncij baiu  
lus essem q̄ leta q̄ stupenda narrarem que vidi que au  
diui ⁊ sensu: que parata sunt diligentib⁹ deum ⁊ in lau  
de eius vigilantibus. **E**t abbas. **F**rater quomodo hec vi  
disti. **E**t ille. **Q**uater hac nocte raptus sum ante deum  
pecc⁹ meum apertum est ⁊ anima mea educta est. ⁊ sta  
tim fui inter choros angeloz ⁊ vidi dominam nostram  
in immēsa claritate cum suis sacris virginibus que se  
mibi p̄misit in necessitate affuturam ⁊ sanctum micha  
dem cum multo exercitu angelorum preparatū in au  
xilium mihi. **N**am altari ⁊ memorie sue. honorem sem  
per solebam impēdere ⁊ innumerabilē multitudinem  
sanctoz ⁊ quos antea non viderā statim agnoui. **R**ur  
sumq; spū ⁊ virib⁹ deficiēs loqui cessauit. **C**ompulsus  
itaq; de sorbicula papillū accepit ⁊ gustās ait. **D** q̄ dul  
cis est dñs gustantibus. **D** quāta est eius suauitatis e⁹  
abundātia q̄ larga ⁊ indeficiēs ⁊ omnium deliciarum  
copijs affluēs qua me in hac nocte reficē dignat⁹ est. **D**

dulcedo illa dulcedo gratissima optabilis et prestantissima  
**O** que singularis que excellens et ineffabilis. Intus eram in  
corde utrumque teneo vobis autem explicare non valeo.  
**Q**uam sentire potui non possum effari rei nimietate vi  
ctus. **T**am felici refectione pastus hanc refectionem super  
addere superfluum duco. **H**ec breue et modicum nutrimentum  
prestat illa in perpetuum reficit et saginat. **O** que beati sunt  
qui illa sine fine fruituri sunt. **I**ulere abbate vocati sunt  
quidam nouitij viri quondam in seculo dari virtute militari  
insignes quos ita consolatus est vere felices estis et ter  
quaterque beati qui de vana vestra conuersatione atque in  
vana vanitate per diuinam misericordiam vocati estis  
partem in celis cum iustis habituri. **C**onstat enim de sa  
lute vestra si tamen perseueraueritis. **N**am dominus dauid in  
desinenter pro vobis preces ad dominum fundit quatenus  
quod salubriter inchoastis feliciter complectis. **A**nnum au  
tem eorum nomine exprimens de eo dicebat nisi portas clau  
stri ingressus fuisset mortis eterne portas non euasisset.  
**A**derant et hospites conuertendi gratia de sedibus suis euo  
cati sed nimio adhuc rerum temporalium amore detenti  
rem arduam aggredi dubitabant. **Q**ui fiducialiter accedentes  
ad virum dei mentis fluctuationem confessi sunt quod vi  
delicet velle adiaceret eis perficere autem bonum non in  
ueniret supplicabant ut orationibus eius adiuti mererentur in  
bono stabiliri. **E**t ille. **Q**uoadiu mente adheretis seculo non  
potestis proficere placere deo nec firmari in bono habentes vo  
luntatem fixam in malo. **Q**uapropter recedite omnino ab his que  
inutiliter amatis et non decribit vobis gratia saluatoris. **S**i vi  
dissetis que ego vidi omnem gloriam mundi vilem reputaretis.  
**D**einde multa queerebat ille de patre ille de fratre ille de suo sta  
tu futuro ille de patre. **S**ed vir dei ita singulis responsum  
tempauit ut secretorum reuelator et conscientiarum inspector  
esse probaret. **N**ox vocate deo sancta illa anima carne so  
luta est ad dolores corporis ultra non reditura sed ut credimus?

immortalitatis luce vestiēda ⁊ perbenni gaudiorum su-  
auitate reficienda:

**H**ieronym⁹ ad moniales. Angelicis choris sanctorum  
⁊ societatis hic studeatis interesse vt omnes postmo-  
dum in corporis exitu vobis gaudentes ⁊ leti tanq̄ no-  
tis occurrant. si sic feceritis nihil vobis dulcius nihil io-  
cundius q̄ his interesse conuiujs. his pabulis faciaris.  
**Q**uibus semel degustatis terrena omnia amara reddā-  
tur. **E**xperto itaq̄ seni deuote consulenti credite filie.  
**S**cio quod loquor carissime. Nam vt insipientiam lo-  
quar Ego homunculus sic abiectus sic vilis in domo do-  
mini. **A**dhuc viuens in corpore angelorū sepe choris in-  
terfui de corporeis per hebdomadam nihil sentiens.

**I**tem **A**ugustin⁹ de libero arbitrio. **T**anta est pulchri-  
tudo iusticie tanta est iocunditas lucis eterne vt etiam  
si non liceret in ea amplius delectari q̄ vnius diei hora  
propter hoc solum innumerabiles hui⁹ vite dies pleni  
delicijs ⁊ affluentia bonorum temporalium recte ⁊ me-  
rito despicerentur.

**I**dem **E**terna beatitudo consistit in duob⁹. s. in necessa-  
ria absentia omnis mali ⁊ in necessaria p̄ntia omnis bo-  
ni. **S**i enim queris quid ibi est. aliter non potest respon-  
deri nisi quicqd boni ē ibi est quicqd mali est ibi nō est.

**S**c. **G**re. **N**ihil exteri⁹ quod ibi appetat ⁊ nil interi⁹ qd  
**G**re. **Q**ue lingua dicē vel q̄s intellect⁹ cape. **F**astidia  
sufficit illius supne ciuitatis quāta sint gaudia āgelorū  
choris interesse cū beatissimis spiritib⁹ glorie cōditoris assi-  
stere. p̄ntē dei vultū cernē. icircūscriptū lumē vidē nul-  
lo mortis metu affici icorruptiōis munē p̄petue letari.

**A**ug⁹ in de cōflictu vicioꝝ. **R**ecedat amor p̄ntis sc̄li in  
quo null⁹ ita nascit⁹ vt nō moriat⁹. ⁊ succedat amor futu-  
ri seculi in q̄ oēs viuificant⁹ vt deinceps nō moriantur.

**U**bi nec aduersitas turbat. nulla necessitas angustat.  
nulla molestia inquietat s; p̄hēnis leticia ibi regnat.

**I**tem Hiero<sup>9</sup>. Si christum dñm ⁊ regem cui est nomē  
sup omne nomē oportuit pati ⁊ ita intrare in gloriam  
suam quam iam fiduciam habem<sup>9</sup> nos intrare sine labo  
re gloriam alienam. **O** q̄ stulti sumus ⁊ tardi corde ad  
credēdum. **N**olum<sup>9</sup> hic gaudere cum seculo ⁊ postea re  
gnare cum christo difficile est imo impossibile ut ⁊ p̄nti  
bus quis fruatur bonis ⁊ futuris nec hic ventrem ⁊ ibi  
mentem repleat ut de delicijs ad delicias trāseat ⁊ utro  
q̄ seculo p̄im<sup>9</sup> sic ut in terra ⁊ in seculo appareat glori  
osus. **I**mpossibile est delicijs affluere ⁊ christū sequi. **N**a  
tura denegat ut contraria misceantur. **N**on em̄ possu  
mus deo seruire ⁊ māmone

**U**nde beatus Aug<sup>9</sup>. **A**nima mea si quotidie oportet  
nos tormēta p̄ferre. **S**i ipsam ichēnam lōgo tpe tolera  
re ut christū in sua gloria vidē possem<sup>9</sup> ⁊ sanctis ei<sup>9</sup> soci  
ari. **N**ōne dignum erat pati omne qd̄ triste est ut tanti  
boni tāteq̄ glorie p̄ticipes habēmur. **I**nsidient<sup>9</sup> ergo de  
mones parēt suas temptatōes frangāt corpus ieiunia:  
premāt vestimēta cilicina. labores grauēt. vigilie exsic  
cāt. clamet me iste inquietet me ille. vel ille frig<sup>9</sup> contra  
hat. calor adurat. caput doleat. pect<sup>9</sup> areat. inflect̄ stoma  
chus. palleat vult<sup>9</sup>. infirmet̄ homo tot<sup>9</sup>. deficiat in do  
lore vita mea. ⁊ anni mei ī gemitib<sup>9</sup>. ingrediat̄ putredo  
in ossib<sup>9</sup> meis. ⁊ subter me steteat ut requiescam in die  
tribulationis ⁊ ascendā ad populū accinctū nostrū

**I**tem Petrus blesēn. **F**atiscant membra vigilijs. ex  
tenuent̄ ieiunijs. labore frāgant̄. liquecāt in lachrymis  
oculi imo si totū cerebrū ⁊ medulle corpis in fletum es  
fluant non sunt tamen cōdigne passionēs hui<sup>9</sup> tempo  
ris ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis

**I**tem **S**i sciret homo quid ipse quid ⁊ deus esset. **N**il  
le pati mortēs crederet esse nihil

**Q**uāta erit in celo leticia qñ nō solum in anima s̄ eti  
am in corpe fuerit gloriādum. **N**am int<sup>9</sup> ⁊ extra sub<sup>9</sup>

et supra imo circumquaque mirabiliter iustus gaudebit.  
**I**ncus de puritate conscientie. extra de corporis glorificatione. subtus de celi et aliarum creaturarum pulchritudine  
**S**upra de dei visione. et circumcirca de angelorum et omnium sanctorum iocunda et delectabili associatione.

**O** ciuitas celestis mansio segura. patria totum continentem quod delectat. **M**erces sanctorum tam magna est quod non potest mensurari. tam multa quod non potest numerari. tam copiosa quod non potest finire. tam preciosa quod non potest estimari.

**P**etrus bleisensis ad regem anglie super Job. Putas ne quod alijs in presenti vita gaudeat et in futura. **S**i tamen gaudium debeat dici quod turbat assidue et respicit amaritudinem presenti nimis delicatus es si verumque presumis uti seculo et frui christo presentis mundi delicias cape et nihilominus celestis glorie diuitias optine. **A**udi quod dictum sit illi diuiti in euangelio si li recordare quod recepisti bona in vita tua. **M**erito possemus reges sanctissimos reputare israelanos et prophetas apostolos martyres confessores teneras ac delicatas virgines omnes que spreteris diuitijs et reulcatis delicijs huius mundi seiplos pro christo tribulationi et morti obtulerunt si gloriam quam adepti sunt in angustia et dolore potuissent in voluptatibus et delicijs obtinere.

**H**ieronymus. Quotiescumque te vana seculi delectat ambitio. quoties in mundo aliquid videris gloriosum ad paradysum mente transgredere et esse incipe quod futurus es.

**I**dem. Omne opus leuius ferri solet cum eius precium excogitat et spes premij solacium fit laboris. **E**t nullus labor durus nullum tempus longum videri debet quo eternitatis gloria acquiritur.

**F**iniunt exempla de gaudijs regum celorum. **E**t aliorum trium nouissimorum. **I**mpressa Danatrie

**I**n platea episcopi. Anno domini: M. cccc. lxxix.





